



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

24. De iure iurando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

# De Præsumptionibus, Tit. XXIII. 571

- Non est de leui credendum, &c.*] Notatur ad hoc quod is, qui bonus antea fuit, nunc & bonus præsumitur, vt per Tiraq. de pœnis temperandis, cap. 51. n. 3. nam bonus quilibet in dubio præsumitur, dixi Axiom. 142. n. 2.
- In fœnecitate frequentius expicitur.*] Notatur ad hoc quod in fœnecitate diminuitur omnis concupiscentia, & libido, vt per Tiraq. in 1.6. connub. gloss. 1. part. 6. n. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 6. pref. 46. num. 7. & de arbitrio casu 89. num. 55. Alciat. de præsumpt. reg. 2. pref. 1. n. 8. Nam semper pro senioribus præsumitur. Tiraquet. de iure primog. in prefat. num. 150. cum seqq., multa de fœnum præstantia, & quam utiles sint Reipubl. moderanda, vide Mendoc. tom. 2. in lib. 1. Regum cap. 4. num. 15. in expositi. litera. Et quod auaritia in fœnecitate iuuenescat, ex hoc texti colligit Paul. Fusc. lit. A. sing. 106.
- Quod vir prædictus scientia, &c.*] Ergo scientes præsumuntur à vitiis abstinere. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 46. n. 3.
- Ad eam possessionis ignoriam se conuerteret.*] Ergo amor est furor, vt per Tiraq. de pœnis temperandis, 6. 4. n. 1. quilibet enim infuriatur ad amandum, etiam per artem magicam, vt difficile sit inneni fernori naturae resistere, gloss. in §. si autem, in autb. quomodo oporteat Episc. Paul. Fusc. in singul. vtriusque iuris lit. A. sing. 6. 1. vbi ex Marc. Mantu. conf. 14. n. 8. vol. 1. subdit quod sicut misericordiam inuenit furiosus aliquid inhonestum faciens, aut mente captus, sic & qui amoris furore est debacchatus vide posita ad cap. veniens 13. n. 2. cum seqg. de sponsalib.
- Naturalis fœdus inter tales personas, &c.*] Intellige quod quandam honestatam, non quoad legis naturalis vinculum, potest enim Summus Pontif. dispensare vt matrimonium contrahatur inter patrum, & neptem ex fratre, Couar. de sponsalib. part. 2. cap. 6. §. 10. num. 9. vbi dicit text. in presenti referre Ethnico rum sententiam, non verò eam probare: item aduerdit verba illa, *naturale fœdus*, posse intelligi quod coagitationem, quam natura instituit, vide Anton. Gom. l. 80. Tauri, n. 16.
- In gloss. Honestum, ibi, ex quo enim adeptus est tam dignitatem, scilicet Episcopalem, præsumitur quod ratione sua virtutis adeptus sit.* Vide Tiraq. de pœnis temp. c. § 1. n. 9. 4.
- In gloss. Ad senilem.* Notatur ad hoc quod seniores virtutibus præsumuntur excellere, nonnunquam tam flagitosissimi reperiuntur fenes, vt per Tiraq. in prefat. de iure primog. n. 153. & seqg. Illufr. D. meum Roder. à Cunha ad cap. sancta 24. n. 1. dist. 86.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Idoneum se probare non tenetur is, pro quo beneficiario scribitur cum claus.* Si idoneus fuerit, cum talis præsumatur.
- 2 *Idoneus quis præsumitur ad beneficia.*
- 3 *Bonus quilibet præsumitur nisi contrarium probetur.*
- 4 *Purus unusquisque præsumitur, itavt obiciens impunitatem incumbat onus probandi.*

## C A P . Dudum. X V I . & fin.

**P**apa quando rescribit pro aliquo, vt recipiatur in numerum beneficiatorum cum claus. *Si idoneus fuerit, prouisus non tenetur probare se idoneum, quia præsumitur idoneus, nisi contrarium ostendatur.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar,

Bellam. Ioan. Andr. Inol. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Henric. Boich. Guid. Papæ. Cujac. Viulan. in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 210. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 288. remissiæ Calal. in anno. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

*Cum prima facie præsumatur idoneus.*] Notatur ad hoc quod quis præsumitur idoneus ad beneficia, vide Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 2. a. n. 1. Alciat. de pref. reg. 3. pref. 3. Menoch. eod. tract. lib. 6. pref. 1. Flamin. de resignat. benef. lib. 10. q. 3. n. 54. cum seqg. Mascard. de probat. co. cl. 878. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. a. n. 168. Intellige si prædicti huius cap. verba de idoneitate intrinseca, scilicet puritatis, & similitudinis, non verò scientiarum & literaturarum, quæ cum sit quid extrinsecum & accidentale, homini inesse alicui non præsumitus, Viu. in praxi iuris patron. p. 12. lib. 6. c. 10. n. 13. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 10. n. 17.

Allegatur text. hic vulgariter ad hoc quod bonus, quilibet præsumitur nisi contrarium probetur, vt per Tiraq. de pref. §. 1. gloss. 2. pag. 87. ver. sed quid. Socin. reg. 3. Bernard. reg. 6. 4. Duchi. reg. 7. 5. Mascard. de prob. concl. 2. 2. & 2. 3. & 10. 03. Flamin. d. n. 6. 3. Brunor. à Sole in locis communib. verbo, bonus, Mench. illufr. c. 70. n. 3. Valconcl. in harmonia rubr. iuris Canon. ad rubr. de scrutinio in ordine faciendo, n. 3. cum seqg. Mendez à Caftro in praxi Luf. lib. 5. c. 1. n. 64. Cardin. Turch. tom. 1. lit. B. concl. 1. 3.

Citari etiam potest ad hoc quod unusquisque purus præsumitur, itavt Capitulo obiciens impunitatem & ortum à parentibus vel infidelibus, aut alio impuris, incumbat omnis probandi, & quidem concludentes, vt sibi centuit Rota, & signanter coram Mantu. decis. 174. num. 1. & decis. 307. & coram Cardin. Seraph. decis. 355. & coram Card. Blanchetto in Legionem. denegata possessionis 8. Maruj 1593. & coram Card. Marquemont, in Toletana Canonicas 10. Decembr. 160. 8. quæ est inter recent. decis. 167. p. 1. & fuit confirmata sub die 3. Aprilis, & 10. Iunij 1609. coram eod. & in Pacem. Puritatis 6. Aprilis 1600. coram Patriarcha Manzanedo, quæ est dec. 182. p. 1. recent. & in Legionem. Canonicas 3. Iunij 1602. coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 68. in eius impressis.

## De Iurisurando.

### T I T . X X I V .

## S V M M A R I V M .

- 1 *Doltores referuntur super banc rub. scribentes.*
- 2 *Iuramenti materialia qui Doltores traudent, citantur.*
- 3 *Iuramentum nomen deducitur à iure.*
- 4 *Iuramentum dicitur etiam iurandum, sive sacramentum.*
- 5 *Iuramentum definitur ut sit Dei in testem ad confirmandum dictorum veritatem actualis, sive virtutis invocatio.*
- 6 *Iuramentum aliud assertorium, aliud promissorium, & quod sit unumquaque, & an inter se different, ostenditur.*
- 7 *Iuramentum in iudiciale, & extra iudiciale dividitur.*
- 8 *Iuramentum calumnia, & de veritate dicenda, ac litis decisiorum quod?*
- 9 *Iuramentum necessarium est illud quod à iudice absque partium consensu defertur.*

B b 4 S V P E R

572 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.



VPER hanc rubr. scripsierunt Zabar.  
Bellam. Ioann. Andr. Imola, Anania,  
Butr. Anch. Panorm. Felin. Guid. Pap.  
Martin. Vran. Alciat. Alexand. de Neu.  
& tom. 4. repet. in iure Canonico ad secundum Decretalum librum Anton. Corset. item Ioan. de Londris in breviario sanctorum Canonum fol. 170. Petr. de Ravenna in compendio iuris Canonici, Martin. Mennart. in epitome Decretal. fol. 75. verbo, Daniel Venator. in analysi methodica iuris Pontificis, pag. 277. Gofred. & Host. in summ. kniss tit. Alex. Caflan. & Anastaf. Germon. in parabolis ad quinque libros Decretalium, Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zypae. in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 134. Canes sub hac rubr.

2 De materia huius tit. vide Summissitas verbo, iuramentum, Schu. de iureiur. Anton. Corset. de iuramento, & eius privilegiis, tom. 4. tractatum Doct. fol. 359. Seraph. de privilegiis iuramento, Gabr. communium opinion. lib. 2. tit. de iureiur. Anton. Boner. in tract. de virtute iuramento tom. 4. fol. 264. Anton. Gagliard. & Io. Camil. Biloche tract. de absolutione à iuramento, Lnd. Mancin. in tract. de iuramento, eis que vi, & effectu, Guttier. de iuramento, confirm. Cardol. in praxi indicum, verbo, iuramento, D. Thom. 2. 2. q. 89. Sot. de iustitia. lib. 8. q. 89. 1. cum seq. Couar. in cap. quamvis pactum, part. 2. Mafcard. de probat. lib. 1. q. 9. Garganet. de iure publico, lib. 2. tit. 3. 4. Petr. Ledelma in sua summa, tom. 2. tractat. 1. 1. Azor. Institut. moral. part. 1. lib. 1. Sayr. in clavis Regia, lib. 5. Soar. tom. 2. de Relig. tract. de iuram. Less. de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 42. Valer. Reginald. in praxi fori ponit, tom. 1. lib. 18. de iuramento, & peritio, latè Sanch. in praecipa Decal. tom. 1. lib. 3. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. sub hoc tit. Anastaf. Germon. de Sacrorum immunis, c. 2. 1. Camill. Borrell. in summa omnium decisum, tit. 60. Rendin. in promptuariorum receptarum sentent. tom. 1. tit. 6. 1. de iuramento, Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 3. c. 1. cum seqq.

3 [Iureiurando.] Iuramentum nomen deducitur à iure vel quia, ut ait D. August. serm. 28. de veritis Iacobii Apost. cap. 5. qui iuramento ius veritas reddit Deo, cui propriè competit ferre patrocinium veritati à iurato illud Matth. 5. reddes Domino iuramenta tua; vel quia, ut ait D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 1. iure introductum est ut homines dicta sua & facta testimonio divino conformati; vel denique quia qui iurat, perinde facit firmum id, quod iura, ac si esset idem ius, id enim quod iuratur pro lege habendum est, & veluti ius sancte seruandum, l. non erit, s. dato, ff. de iureiur. unde lege sancitum est, ut post iuramentum præstatum nulla alia inquisitio fiat, iuxta l. post rem 5. 9. ibi, vel iureiurando decisam, ff. de re iudic. quia aliis Deo irrogaretur iniuria, cum per iuramentum illam veritatem stabilinerit.

4 Qua etiam ratione iuramentum dicitur etiam insurandum, & ita apud summos Pontifices, & Iurisconsultos frequenter appellatur, ut patet ex hac rubr. & illa, ff. de iureiur. colligunt haec in effectu ex D. Antonin. p. 2. tit. 20. cap. 3. §. 1. Sot. de iustitia. lib. 8. q. 1. art. 1. concil. 1. Couar. in cap. quamvis pactum p. 1. in inicio num. 2. Sayr. in clavis Regia lib. 5. cap. 1. num. 1. Dicitur etiam Sacramentum tam iure Canonico, quam Civili: de iure Canonico probatur ex cap. qui Sacramento, & cap. non est observandum 2. 2. q. 4. cap. parvulis 22. q. 5. cap. querelam, ibi, interposito Sacramento, infra. hoc sit. de iure civili probatur ex auth. Sacramenta puberum, C. aduersus vendit. & l. vlt. C. de veteranis lib. 1. 2. & l. milites 1. 3. §. 2. vers. ignominia, ff. de re milit. Abb. in hac rubr. Couar. d. num. 2. Sayr. d. cap. 1. num. 2. merito antem sic appellatur, quia iuramen-

tum aliquid religiosum est, & actus latræ sine Religionis. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 4. Iurans namque Deum in teste innocando recognoscit illum habere perfectam omnium rerum cognitionem, & infallibilem veritatem, atque ideo ei debitum honorem perfoluit, in quem sensum Deuteron. 6. dicitur, Domini Deum timebis, & illi soli servies, & per nomen illius iurabis, & Psalm. 62. Laudabuntur omnes, qui iurant in eo; huc spectat illud Hieron. lib. 2. offic. Ius diuinum, inquit, est affirmatio religiosa; refolunt D. Thom. d. art. 4. Sot. d. q. 1. art. 4. Couar. d. num. 2. Nauar. in man. c. 12. n. 2.

Vatias iuramenti definitions tradunt gloss. in summ. 2. 2. q. 1. Abb. Felin. & Alciat. in hac rubr. Schola de iureiur. q. 1. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 1. Sot. d. q. 1. art. 1. Couar. in cap. quamvis pactum p. 1. in inicio num. 1. Nauar. in man. c. 12. n. 1. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. in prefat. num. 1. Sayr. in clavis Regia lib. 5. c. 1. num. 4. Sed multis reiectis illa magis placet, quæ docet quod iuramentum sit Dei in teste ad confirmandum dictorum veritatem aeternis suis virtualis inuocatio. Dixi in mutatione loco generis, ut comprehendem plures inuocations, quæ iuramenta non sunt, videlicet quando Dei praesidium inuocatur in principio alicuius publicæ, seu private actionis, item quando Deus in indicem inuocatur, iuxta c. erubescant, in fine 32. diff. seu in laborum solitum, Psalm. 45. libi, adiuvar in tribulacionibus; sed tandem quando eius benedictio imploratur, iuxta illud, benedic bareditai tue. Cætera adiiciuntur loco differentiæ Dixi, Dei in teste, quia cum solus Deus sit testis, & cognitor mentis nostra, iuxta illud Psal. seruant corda, & renes Deu., d. cap. erubescant, & veritas dictorum à mente proferentis maximè pendeat, c. homines, ibi, ream lingnam non facit nisi ea mens, 2. 2. q. 2. rectè fit ut solus Deus in teste prædictæ veritatis possit inuocari, qui nec falli potest, nec fallere c. à nobis 28. vers. nos igitur, de fent. excommunic. & in quo nullum omnino mendacij vestigium considerari potest cap. Deus, in princ. 2. 4. q. 3. Dixi, ad confirmandam, &c. quia constat iuramentum fuisse inuentum in eum finem ut confirmaret veritatem eorum, qui dicunt, similique tollere controversiam illam, seu dubitationem, quæ reperitur ex parte illius, qui exigit iuramentum, iuxta illud Pauli ad Hebre. 6. Omnis controversia finis est iuramentum, iuxta cap. eti. Christus, in princ. hoc tit. Dixi tandem, aeternalis, sive virtualis, ut includerem non solum iuramenta, quæ directe ad Deum referuntur, sed etiam illa, quæ sunt per creaturas cum relatione ad Deum, iuxta d. ap. eti. Christus, vers. quatuor.

Iuramentum multipliciter dividitur, aliud enim est assertorium, aliud promissorium. Assertorium est, quo aliquid esse, vel non esse asseritur de præterito, vel de praesenti, v.g. si quis inret Petrum occidisse, vel non occidisse Ioannem, vel inret quod Petrus est in hac civitate; promissorium verò quo in futurum aliquid tantum ariet, vel faciendum promittitur, v.g. si quis iuret quod hoc faciet, vel non faciet, vel quod dabit centum aureos. Diferunt autem in eo quod iuramentum assertorium nullum in se continet obligacionem, sed dicta, aut facta confirmat protre sunt: cum enim obligatio sit vinculum, quo aliquis in futurum adstringitur, l. obligationum substantia, ff. de auctib. princip. Institut. de obligation. fieri non potest vt is, qui iureiurando aliquid affirmat esse, vel fuisse, eo ipso maneat obligatus, atque ideo licet aliqua obligatio antecedat huiusmodi iuramentum, quia scilicet tenetur verum iurare, nulla tamen fablequitur. Contra verò in promissorio res se habet, quia & antecedit, & subsequitur obligatio; antecedit, quia tenetur iure

rare animo fanendi quod iurat; subsequitur, qui tene-  
tur postea ex vi iuramenti adimplere si sine dispendo  
salutis eternæ fieri possit, & ita in assertorio addu-  
citur Deus in testem simplicis veritatis: in promul-  
gatio vero non solum veritatis, sed etiam fidelitatis.  
Colligunt hæc ex D.Thom. 2.2. q. 89.art.7.vbi Caet.  
Bonan. & Seot. in 3. dist. 19. q. vni. & ibi Durand. q. 2.  
n. 5. Sot. lib. 8. de iustit. q. 1. art. 7. Conar. in cap. quamvis  
paclum in initio n. 3. Sayr. d.lib. 5. c. 2. n. 2. & c. 4. n. 27. &  
seg. & c. 6. n. 1. Soat. tom. 2. de Relig. tract. de iuramento  
lib. 1. c. 8. per tot.

7 Diuiditur etiam iuramentum in iudiciale, & ex-  
tra iudiciale. Iudiciale dicitur illud, quod fit in iudi-  
cio, cuius decem species prosequitur Marant. de or-  
dine iudic. p. 6. actu 9. à princepsque ad n. 33. Sed omnes  
8 ad tres reduci possunt, nempe ad iuramentum ca-  
lumnæ, quod index ex officio debet post item con-  
testatam litigantibus deferre, ut generaliter iurent  
se per calumniam, aut malitiam presentem item  
non mouere, nec defendere l. 1. & 2.C. de iureiurando.  
proper column. & per tot. tit. de iuram. column. in De-  
cretal. & in Sexto. Item in iuramentum de veritate  
dicenda, sub quo litigantibus particularibus positio-  
nibus respondere tenetur, de quo in cap. ex literis ins.  
hoc tit. c. 2. de confess. in c. 2. de testibus, eod.lib. Tan-  
dem ad iuramentum litis decisorum, quod partibus  
in iudicio ad definiendas decidendæque lites defer-  
tur; ad qua omnia & alia iuramenta potest index  
subditos compellere quoties ad bonum Reip. fuerint  
necessaria, quod tunc demum contingit, quando  
imminet Reip. dispendium, & insuper illi dispedio  
aliter æquè commode quām per iuramentum occurri-  
nequit. Iuramentum hoc litis decisorum in tres di-  
viditur species, videlicet necessarium, iudiciale, &  
voluntarium, quas varie explicant glossi. & Docto-  
res in cap. vli. hoc tit. & l. 1. eod. gloss. verbo nisi in l. 1.  
C. de rebus cred. gloss. vli. in §. si quis postulante, iustit. de  
action. cum quibus communiter transuent Mayn. lib. 2.  
actionum c. 35. Marant. de ordine iudic. p. 6. actu 9. à  
principi.

9 Iuramentum necessarium est illud quod à indice  
absque partium consensu defertur, & ideo tale dici-  
tur, quia pars, cui defertur iuncta, & renitens, illud  
teneat subire, nec potest nisi insta de causa recusare,  
quod ut melius percipias adiutor quod actor vel ple-  
ne intentionem suam probavit, & tunc non defer-  
tur hoc iuramentum, vt potè iam superfluum &  
otiosum, iuxta text. in c. 2. de probat. qui in hoc casu  
loquitur; vel contrarium omnino nihil probavit,  
quo casu iuramentum etiam non est deferendum à  
indice, imo reus debet absoluiri, iuxta reg. quod aucto-  
ribil probante, reus eti nihil præstiterit, obtinebit de qua  
in d. cap. vli. §. s. s. e., cum similibus. Vel tandem semi-  
plene probavit, præsumptione scilicet faciente pro  
illo, vel alio quocunque modo, quo semiplena pro-  
bario fit, & tunc cum causa dubia existat, potest iu-  
dex ad integrandam & perficiendam probationem,  
& ita in illius supplementum iuramentum alterius  
parti, reo scilicet, vel actori deferre, quod pars te-  
netur præstare, & ita in indicis arbitrio possum est  
inspectis circumstantiis cause, & personarum, cui-  
nam parti illud sit deferendum. Colligunt hæc ex l.  
admonendi. ff. hoc tit. & in l. in bona fide, C. de reb. cred.  
& ex d. cap. vli. in princ. & s. sanz. prosequitur latè  
Marant. ubi s. pp. Iuramentum vero iudiciale est illud  
quod à parte parti in iudicio cum indicis auctoritate  
defertur, & de hoc agitur in l. 1. & per totum, ff. hoc  
tit. l. auctori, l. delata, cum aliis, C. de reb. cred. d. cap. vli.  
vers. quamvis. Iuramentum vero voluntarium dicitur  
illud, quod defertur ex virtuusque partis consensu,

seu conventione, l. 1. l. passione, l. iurandum quod  
ex conventione 17. l. si quis cum debito 39. & l. credi-  
tore 42. ff. hoc tit. l. 1. & l. cum proponas, C. de reb. cred.

## S V M M A R I V M.

- 1 Iuramenti ad relaxationem agi potest, cuius implemen-  
tum turpitudinem contineat ex parte suscipiens.
- 2 Iuramentum potest remitti ab eo, cui præstitum fue-  
rit.
- 3 Relaxatio iuramenti in foro Ecclesiastico est petenda.
- 4 Citatio partis an sit necessaria in absolutione à iura-  
mento, ostenditur.
- 5 Index Ecclesiastica loci Ordinarius competens est ad  
compellendum contrahentem, in eni fauorem fuisse  
iuratum, ut iuramentum remittat quando contra-  
etus habet vitium simoniae.

## C A P. Ex administrationis. I.

## Gregor. III.

V Suratum creditores debent compelli per censu-  
ras Ecclesiasticas, ut relaxent debitorum iuramen-  
tum soluendi vñras. Colligunt ex Ordinat. Abb.  
antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Joan. Andr.  
Imol. Anan. Hoffens. Beld. Panorm. Felin. Btr.  
Martin. Vran. Anch. Guid. Papæ, Alex. de Neno,  
Cujac. Vitian. in rationali secundi libri iuris Pontific.  
pag. 210. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 280.  
remissiù Calaf. in annos. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.  
refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 2.  
tit. 16. cap. 4. nonissime Joan. de Valboa in annis  
Academ. prelect. Salmanticensib. tom. 2. pag. 215. cum  
segg.

Notatur hic text. ad hoc quod quando contrac-  
vitium habet vñras, poterit is, qui iuravit, petere à  
indice Ecclesiastico, ut compellat eum, cui iuramen-  
tum præstitit, ad hoc iuramentum, eiisque obliga-  
tionem remittendum, ut per Conar. lib. 1. var. cap. 4.  
num. 5. vers. verum, in princip. nam iurandum potest  
remitti ab eo, cui præstitum fuerit, ut per Hippol.  
sing. 6. 5. 4. Conar. de sponsalib. part. 1. cap. 5. num. 1. & in  
cap. quamvis paclum, part. 1. §. 3. num. 1. Anton. Gom.  
tom. 2. cap. 14. num. 21. Perez. 6. gloss. 1. pag. 477. col. 2.  
in med. tit. 1. lib. 3. Ordin. & l. 1. gloss. 1. pag. 590. tit. 8.  
cod. lib. 3. Bellacomb. tom. 1. communiam opin. lib. 4. tit. 2.  
num. 70. pag. 438. Adhuc tamen quod licet possit  
is, ad cuius fauorem præstitum est iuramentum, il-  
lad remittere ab initio, postquam veris, qui iurau-  
it, in peririum incidit, tale peririum ab ipsa  
parte remitti non potest, ut tenet Menoch. cons. 3. 43.  
num. 48.

Relaxanda.] Quidam quidem relaxationem in foro  
Ecclesiastico esse petendam resoluunt D. Barbol. in l.  
1. ff. folio mar. p. 1. n. 77. Sanch. de matr. lib. 1. disp. 3. 2.  
num. 18.

Vtrum autem citatio partis necessaria sit in abso-  
lutione à iuramento quæstiō est dubia, in qua duæ  
reperiuntur diversa Doctorum sententiae. Vna tenet  
quod citatio partis proposita sit necessaria, quam se-  
quuntur Tiraq. in tract. rei inter alios alta, limit. 20.  
verso, & fol. 22. vers. declara sexto, Bursat. conf. 29. limit.  
92. lib. 3. Guillelm. in cap. Raymuni, de testis ag. verbo,  
duas habent filias, num. 199. Anton. Gabr. commun. lib. 2.  
tit. de citat. concl. 1. n. 85. Ioseph. Ludon. Peruf. decif. 28.  
à num. 2. Perez l. 2. vers. quarto 16. tit. 2. lib. 3. Ordin.  
pag. 492. Menoch. eod. 24. num. 2. 1. & seqq. Camilla.  
Borrel.

Borrell. in summa omnium decr. tit. 44. n. 143. plures per Cened. ad Decret. collect. 78. n. 2. Alex. Cephal. Felin. Roland. Gozadin. & Capell. Tholos. quos refert, licet non sequatur, Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decr. 333. n. 1. in 1. edit. & resol. 290. in 2. edit. Contraria tamen altera opinio, vt minimè requiratur pars citationis, receptionis est, & eam defendant Couar. lib. 1. c. 4. n. 5. Gagliard. de absolu. à iuram. §. 1. n. 1. Muscatel. in praxi aurea, lib. 1. p. 4. in gloss. per iuram, n. 39. plures quos refert, & sequitur Sanch. in precepta Decalogi, lib. 3. c. 2. 1. n. 28. Flamin. de resigna. benef. lib. 13. quaf. 1. n. 38. vbi limitat à absolutione à iuramento praestito super actu metu celebrato, in qua requiri pars citationis tenet idem Flamin. & secundum hanc opinionem nonnulla tribunalia decidisse affirmat Aloys. Ricc. d. resol. 290. n. 1. vers. & iuxta, vbi citas Affl. Mynsing. Trifil. Cacheran. Stephan. Gratian. & alios in suis decisionibus.

5 In gloss. *Cogitamus*, fin. ibi, vel etiam tanquam Ordinarij. Notatur ad hoc quod index Ecclesiasticus loci Ordinarius competens est ad compellendum contrahentem in eius favorem fuit iuratum, vt iuramentum, cuiusque obligationem ab altera parte faciam remitteret, quando contraetus vitium habet usus; etiam si eterque contrahens laicus esset, ita Cou. qui hanc glossam communiter receptam afferit, lib. 1. var. c. 4. n. 5. vers. verum, in princ.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum praesitum à Prelato de non recipiendis rebus Ecclesie non valet, & n. 2.*
- 3 *Iuramentum secundum vbi priori licto, & honesto aduersatur, nullatenus obligat.*
- 4 *Iuramentum praesitum à Prelato de non repetendis rebus Ecclesie quatenus respicit commoditatem, & utilitatem ipsius Prelati, valet.*
- 5 *Absolue à iuramento, & de illius religione, cognoscere ad solos indices Ecclesiasticos perinet.*

## C A P. Peruenit. j. II.

## Greg. in regist.

Praelatus si iurat non repetrere res Ecclesiasticas vi ablatas, iuramentum non tener. Colligit ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hostiens. Anch. Panormitan. Butr. Bald. Felin. Guid. Papæ. Martini. Vran. Alex. de Nevo, Cuiac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 211. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 289. remissiu. Ximen. in concord. p. 1. & 2. refutab. Anton. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 17. cap. 9. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 17. c. 7.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Cald. de erroribus pragm. lib. 2. c. 6. n. 7. & 9. Soar. de Religione, tom. 2. tract. de iuram. sit de iuram. pramiss. lib. 2. c. 10. n. 4. cum seqq. Sanch. in precepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 11. n. 37. vbi adiurit quod in presenti, dicitur iuramentum nullius momenti quoad effectum confirmandi irrevocabiliter illius contractus, itavt non sit locus relaxationi, & ideo verbum, *absoluius*, sumitur hic propriæ.

3 Aliqui rationem assignant quod vbi secundum iuramentum priori licto & honesto aduersatur, nullatenus obligat, cap. intellecto 33. cap. 86 te 22. infr. hoc tit. gloss. vlt. in c. 2. cod. tit. lib. 6. communiter recepta,

vt per Couar. in cap. quamvis p. 2. §. 1. num. 4. Gom. l. 53. Tauri num. 58. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. c. 51. num. 7. Constat autem iuramentum huiusmodi de non repetendis bonis male ablatis contrarium esse primo, quod Episcopi in sua consecratione subeant de non alienandis, immo conseruandis bonis iurorum Ecclesiistarum, cap. vlt. vbi gloss. 1. de Eccles. ad ipsi. cap. vi super 8. de rebus Eccles. igitur posterius hoc iuramentum nullum potuit vinculum producere: deinde hoc ipsum probatur, quia bona Ecclesiistarum ab inferioribus Praelatis alienari non possunt sine debitis solemnitatibus, & evidenti uilitate, cap. fine exceptione 12. q. 2. cap. cum nulli s. & per utrum, & de rebus Eccles. non alien. sanè is qui metu licet grauissimo, patitur se spoliari iuramento promittit non repetitum sic ablatu, in effectu alienat sine solemnitatibus, & evidenti uilitate, cum gesta per metum simplieri, & absolute voluntaria dicantur cap. merito 11. quaf. 1. Tiraq. de poenis causa 36. à princip. igitur tam alienatio, quae lege resistente facta fuit, quāmetiam iuramentum adiectum valere non debet, argum. l. non dubium, C. de legib. Atque in hanc rationem, seu portionis intellectum ad hunc text. expendunt gloss. 1. in praesenti, Bald. n. 1. Abb. in 1. let. Felin. n. 24. gloss. 1. ad fini d. cap. sweetlo. & alij, vt per Guttier. d. n. 7. per text. quem sic intelligit in cap. si cuius nostris, 2. 4. vers. quia sup. hoc tit.

Verūm quia contra supradictam rationem, seu intellectum graviter obstant posteriora verba huius text. ibi, quem sancem absoluius, que sanè proprie considerata important vinculi obligationis liberacionem, argum. l. decem, ff. de verb. oblig. & cap. ad dissolendum, de defens. impub. ideo dicendum est quod licet simpliciter & absolute invalidum sit iuramentum de non renucandis alienationibus rerum Ecclesiasticarum temere factis, quatenus includit præiudicium Ecclesiistarum per ea, quae supra ostendimus; quatenus tamen iuramentum hoc respicit commoditatem & uilitatem Praelati in causa, & tempore iure permisso ab eodem Praelato transferibile & remissibile, iuxta ea, que notantur in cap. 2. vbi gloss. 1. & vlt. de locato, valet, & iuramentum ligat, quia quod attinet ad solius ipsius præiudicium, ab illo salutis exteriora dispendo licite feruari potest; ergo nr. riid hic text. ad finem adiecit verba illa, quem tamen absoluius, quia nefandissima coactione iurauit, vt ita sit census quod licet eo casu iuramentum feruari debuisse in solius Praelati præiudicium, quia tamen nefandissima coactione interuenit ex parte Comitis, iuste cum de Episcopum duximus absoluendum, iuxta reg. cap. si vero, infr. hoc tit. & in hoc sensu accipendum est cap. eum venient 6. de institut. vt iuramentum valeat in solius Archidiaconi præiudicium, consonant verba precedenti, ibi, non solum de illo, sed de omnibus redditibus suis, &c, quasi iuramentum subsecutum solum ad propriam commoditatem respexerit, & ita intelligent gloss. bi, verbo abiurasse, & Abb. a. n. 14. idem Abb. n. 4. & Felin. 5. in praesenti.

D. Gregorius in praesenti text. non videtur stabilis dum primo loco negat Laodicien. Episcopum iuramento teneri, & deinde fentit illum eo fuisse ligatum, duro ipsum absoluuit, nam alias non fecisset necessaria absolucione, iuxta reg. cap. ad dissolendum, de defens. impub. & l. decem, ff. de verb. oblig. Aliqui igitur docent concessam fuisse absolucionem habitu reperitu ad antiquum Ecclesiæ morem, quando Pontifices non solum absoluiebant à vinculo iuramenti ex iusta causa, sed etiam à suspicione in iuramentis nullis, vt homines non solum à peruvio, sed etiam à periuio suspicione arcerentur, & ne putarent sanctissimum Dei

# De Iureiurando, Tit. XXIV.

575

Dei omnem passim violandum, suspicionem autem credebant ex eo pronenire, quia Episcopus, de quo in hoc textu fuerat Ecclesiae bonis spoliatus, pro quibus non alienandis intraverat in limine sue confectionis, cap. de Syracuse. 28. disp. c. ut super, de reb. Eccles. non alien. Sed hic intellectus in facto non subsistit, quia ex textu, integra colligitur Laudicen. Episcopum Henricum appellatum, venientemque ad visitanda limina Apostolorum in ipso itinere fuisse rebus propriis. Ecclesiae spoliatum, ac jurare compulsum, ut clare insinuant verba illa text. reb. que sunt, quae denotant dominium, l. quintus, s. argento, ff. de auro & argento leg. Vnde Anton. de Fuertes canon. lec. lib. 1. c. 8. ponderat in iuramento coacte emisso duplēm inesse obligationem. Prior est, quia quis obligatur homini, cui promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille, qui vim coactōnēm intulit, hoc meretur ut fibi promissio non seruetur, cap. si vero, hoc tit. de iureiurando. Posterior est, quia quis obligatur Deo, vt implete quod per eius nomen promitterit, & talis obligatio non tollitur in foro conscientiae, quia magis debet iurans sustinere damnum temporale, quam iuramentum violare, cap. debitores, hoc cod. tit. maximè cum certum sit Deum nullum habere culpam eur coactio illa facta fuerit. Succedit igitur verba Gregorii ita esse explicanda, nempe ut illa, nullus iuramento vinculis, referantur ad priorem obligationem, quæ parti erat querenda, si coactio non fuisset celebrata, illa autem, quem tamen absoluimus, ad obligationem Deo qualitatem, quam metus, & coactio impide non possunt.

*Absolvimus.* ] Notatur ad hoc quod ad solos indicies Ecclesiasticos pertinet absoluere a iuramento, & de illius religione cognoscere, similis text. in o. per venerabilem 14. vers. verum vero, de elec. cap. nonit. 13. ad finem, de iudic. cap. si vero, vers. verum, cap. quanto 18. hoc tit. Sed omisssis hac in re variis DD. sententiis discordiis uno aliud esse agere de his, quæ ad iuramenti substantiam spectant, an licitum, vel illicitum, validum, vel innalidum, hoc, vel illo modo exhibendum, sub hac forma præstanta, denegandæ illius absolucionis; aliud diuersum esse, supposito quod valeat vel non peccatis coercere indebet inrantes, vel valida iuramenta adimplere recusantes, vel data iusta causa aliquos cogere remittere fibi præstata iuramenta; in primis speciebus cognitione, & definitio ad solos Ecclesiasticos indices spesstat, in posterioribus vero non ad Ecclesiasticos solum, sed ad seculares quoque indices pertinere potest. Ratio differentiae est, quia cum iuramentum sit actus religionis, seu latræ, per quem Deo redditur ius honoris, tanquam infallibili veritati, iuxta illud Pauli ad Hebre. c. 6. meritò cognitione respiciens iuramenti substantiam ad solum Ecclesiasticum iudicium spesstat; non sic quando seculares indices in prædictis speciebus subditos cogunt, & peccatis coercent; quia proprie & directe iuramenti substantiam non attingunt, sed potius ius Pontificium iudicari dicuntur.

## S V M M A R I V M .

1. Iuramentum implementum in melius commutans non poterat; & non adstringitur quis iuramento ad implementum quod iuravit si ab alia parte non adimpletur, cuius respectu probavit iuramentum.
2. Per iurij reus non est, qui iuravit dum propriæ autoritate commutat in melius.
3. Iuramentum quando factum est in favorem tertij cum aliqua conditione, nisi illa adimplatur iurans ad iuramentum servandum non obligatur.

4. Fides non seruatur ei, qui eandem fidem frangit.
5. Declaratur text. in cap. quod Deo 33. q. 5.
6. Fides hec seruanda est.

## C A P . Peruennit. q. III.

Iuramentum qui in melius commutat, non illud <sup>1</sup> frangit. Item qui iurat facere aliquid interposita conditione, si altera pars non implet conditionem, ipse non tenetur seruare iuramentum. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellan. Joan. Andr. Imol. Henric. Boich. Barbat. Felin. Bald. Guid. Papæ. Host. Anch. Panorm. Butr. Martin. Vran. Anan. Alex. de Nevo. Cuiac. Vinian. in rationali secundi libri in is Pontific. pag. 211. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 289. remissiæ Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 17. cap. 10. vbi assertur hoc cap. & anteced. non inuenisse in registro B. Gregor. nouissime Joan. de Valboa in annis Academ. pralect. Salmanticensib. tom. 2. pag. 249. cum seqg.

*Qui in melius illud commutat.* ] Notatur ad hoc quod <sup>2</sup> per iurij reus non est qui iurandum propria autoritate commutat in melius, ut per Valer. Reginald. in præs. fori pœnit. lib. 18. n. 67. Azor. in fit. moral part. 1. lib. 1. c. 10. q. 1. vbi hoc intelligit de eo, qui iurandum mutat in id, quod est certe, & evidenter maius bonus, nam eo ipso est Deo magis acceptum, & gratum; si tamen confirmet promissionem factam homini, non potest quis absque contenti expresso, vel tacito eius, cui est facta promissio, in melius commutare, in idem est Sanch. de matrimon. lib. 1. disp. 46. n. 11. vers. ad secundum, vbi dicit text. in præsenti loqui de voto, cum enim Deus sit creditor, potius rem meliorem accepta, focus in promissione homini facta, latè Anton. de Fuertes Canon. lec. lib. 2. q. 1. & 2. vbi in fine addit quod non pertinet ad rem quod iuramentum debet in specifica forma adimpleri, eo quod vbi pinguior satisfactio redditor, non mutatur prius votum, sed tantum per accidens dicitur mutari, & sic hæc accidentia non sunt habenda in consideratione ad hoc ut iuramentum specificè non dicatur seruatum. Nec obstat reg. 1. 2. §. mutui dazio. ff. de reb. cred. quatenus habet initio creditore aliud pro alio solvi non posse, quia procedit tantum in temporalibus, non in spiritualibus, & Ecclesiasticis rebus propter summam Ecclesia æquitatem, quæ accipit satisfactionem, quam fides reddere possunt.

*Nec tu ei, &c.* ] Notatur ad hoc quod quando iuramentum factum est in favorem tertij cum aliqua conditione, nisi illa adimplatur, iurans ad iuramentum seruandum non obligatur, ut per Sayx. in clavi Regia, lib. 5. cap. 7. num. 5. Valer. Reginald. d. lib. 18. num. 54. vbi num. 34. vers. secunda, resolut quod in iureiurando intelligitur, si alter, cui iuratum est, ac si vicissim iurauit, ex sua parte fidem seruauerit & ad eleganter quæsiionem vide Perez l. 1. q. 1. vers. dubitatu tertio 8. lib. 4. Ordin. & l. 1. 8. gloss. 1. in med. tit. 19. lib. 8. eiusdem Ordin. Ratio est, quia conditio adiecta suspendit dispositionem in futurum eventum, gloss. in rub. vers. est autem conditio, ff. de condit. & demonstr. Natur. in wan. cap. 22. num. 61. & proinde efficit ne obligatio oriatur ante aduentum ipsius. l. cedere diem 2. 13. ff. de verb. sign. l. bouem. 43. 8. ff. sub conditione ff. de adil. cito, Gom. tom. 2. cap. 2. 1. n. 2. 8. immo illa deficiente, licet sit regresus ad repetendum illud, quod sub ea datum, vel factum est, l. si instituta 2. 7. in princ. ff. de iusof. test. l. cum proponas, 2. 1. 8.

## 576 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

*C. de partu*, iunctis in id resolutis per Couar. lib. 2.  
varianc. 25. num. 4. ver. ex quo, Valasc. de iure emphyt.  
q. 2. a. n. 4.

Non obstat cap. quod Deo, 34. q. 5. quia resp. secundum Sot. lib. 7. de Insit. q. 3. art. 1. col. 1. speciale esse in voto continentia ab utroque coniuge emiso etiam cum mutuo utriusque consensu, quod altero non adimplente, alter nibilominus tenetur ex voto. Sed multo probabilius illius text. difficultatem disoluere cum communis, de qua Dec. in cap. confirmata n. 2. de appellat. propterea altero coniuge non adimplente, alterum teneri ad seruandam continentiam, quia reg. frangens fidem, de qua in d. l. c. i. proponas, cum similibus, solum habet locum respectu viuis, & eiusdem dispositionis non autem respectu diuersarum, quia in diuersa & separata diriguntur, cum ergo in eo text. non viuimus votum continentia, sed duo fuerint emissi, & vnuquisque principaliter teneatur ex suo voto ad continentiae obseruantiam, meritò obligatur, licet alius labetur. Nec etiam obstat cap. n. 1. existimare, veris fides 2. 3. q. 1. Quia resp. cum resolutis per S. Thom. 2. 2. q. 40. a. 1. 3. cum aliis adductis per Cou. de Ponsal. p. 2. c. 3. 4. n. 14.

Notatur etiam ad hoc quod fides non seruat ei, qui eandem fidem frangit, vt per Thom. de Thomas. reg. 12. Tiraq. de retratu co. ue. t. §. 3. gloss. unica, n. 19. Iole ph. Ludou. tom. 3. communis opin. titul. de probat. com. unic. ver. quilibet enim, pag. mibi 473. Menoch. conf. 1. n. 3. q. 4. Mar. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 17. n. 11. C. 13. Surd. conf. 359. n. 9. Christoph. de Pace in scholiis ad lego. styl. l. 41. n. 2. Seraphin. de priuilegiis. iurament. priuilegiis. 64. n. 15. 4. Cardol. in praxi indicunt, verbo, fides, n. 2. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 2. n. 6. 5. Alex. Trent. tinct. var. resol. lib. 3. tit. de verbis. oblig. resol. 2. Cardin. Tuschi. tom. 3. lit. E conclus. 37. à principio, vbi n. 3 ampliar, etiam si interuenierit iuramentum, quam ampliationem amplectitur Mar. Anton. var. resol. lib. 1. 2. 87. n. 2.

In gloss. Parisse, fin. ibi, hosti fides seruanda est. Vide Duen. reg. 16. vers. fin. Menoch. conf. 100. n. 187. 6. & n. 218. cum segg. Card. Tuschi. lib. 1. F. cor. 335. Intellige de personis publicis, non de privatis, Franc. Molin. de vita mupt. lib. 2. differ. 11. n. 4. & vbi minus offenditur Deus seruando, quām frangendo.

### S V M M A R I V M.

1. Iuramenti forma ponitur.
2. Iuramentum fidelitatis praestant Episcopi personaliter tempore sua consecrationis.
3. Dicitio in ante, idem significat quod in futurum, in perpetuum, in posterum.
4. Synodus generalis à Summo Pont. eiusque auctoritate tantum inducitur.
5. Limina Apostolorum an & quando Episcopi visitare teneantur, ostenditur.

### C A P. Ego N. VI.

E Piscopi iurant Papæ septem: primò quod erunt fideles S. Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, Papæ, & successoribus legitimis: secundò quod non erunt in consilio, vel facto, vt vitam perdant, aut membra, aut mala captione capiantur: tertio quod consilium Papæ ipsius quamvis in via manifestatum nulli ad damnum Papæ manifestabunt: quarò quod Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regulas SS. Patrum contra omnes defendant cum honore: quintò quod

Legatum Sedi Apost. certo sibi cognitum in, endo, & redeundo honorabunt, & in suis necessitatibus iugabunt: sextò quod limina Apostolorum per se, vel per alium certum numerum singulis annis visitabunt, nisi absolvantur à iuramento: septimo quod vocati ad Synodum veniant nisi fuerint impositi Canonico impedimento. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imola. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cuiac. Cened. collect. 108. Vinian. in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 411. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 290. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. & Calaf. in annot. refert ab Anton. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 1. sub tit. de electione cap. 20. nouissime Joan. de Valboa in annis Academ. prelect. Salmant. tom. 2. pag. 265.

Ponitur in hoc text. forma iuramenti, quam Episcopi praestant Sedi Apost. tempore sua consecrationis, quam etiam ad literam refert Joan. Franc. Leo thefauro fori Ecclesiast. p. 2. 6. 10. de uram. n. 15. & Lanot. var. lucubr. tit. 4. cap. 2. num. 13. & de ea meminerunt Redo. de rebus Ecclesiæ non alienand. n. 51. pag. 51. & relati per Cened. ad Decret. collect. 106. n. 1. Quod quidem iuramentum personaliter esse praestandum dicit. Azeued. l. 21. per text. ibi tit. 7. lib. 3. non recip. Cardinales vero non iurant fidelitatem Papæ tanquam inuicerati, & pars ipsius corporis, vt per Cott. in memorab. verbo, Cardinales, pag. 85. licet dubitet Tiraq. in prefat. l. si viuimus, C. de renocand. donat. n. 17. 1.

Sancti auct. Romanæ Ecclesiæ, &c.] Ex his verbis iunctis praecedentibus collige teneri Episcopum ex debito huius iuramenti ab illo momento, quo illud praestitit fidelem esse Ecclesiæ Romanæ, cuius Vicarius capit est Papa, & Cardinales membra ipsius, arg. cap. noui. 4. de iis, que sunt à Præl. & cap. c. i. non licet 12. de præscript. Eadem iuramenti forma sub eadem compositione verborum refertur in cap. eu. clericis 19. de verb. signif. Innoc. Abb. Bald. Felin. hic in præscript. in

Eiusque successoribus.] Collige maximum effectum iuramenti sub hac forma quod iurans non tenet iterum iurate successoribus de praestanda fidelitate quasi successorum mentio non fieret, non obligantur Episcopi ex debito iuramenti ad omnia hic praefinita successoribus exhibenda, atque ita necessarium fuisse in id successorum mentionem affirmat gloss. ult. per text. ibi in cap. variatis 15. infra hoc ist. quam sequitur Abb. n. 2. & faciet receptam Couat. in cap. quamvis pallium, p. 1. §. 5. n. 5.

In ante.] Ideft, in futurum, in perpetuum, in posterum, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gl. 5. o. 4.

Vocatus ad Synodum veniam.] Si vero Episcopi vocati non venerint pro competentibus reputantur, & in eorum contumaciam proceditur, vt per Cened. d. collect. 108. n. 2. & 3. ex Bannes, qui resoluti Episcopos titulares sine annullares non vocari ad Concilium eo quod nulli habent iurisdictionem. Adverte generalem Synodum à summo Pontifici, cuius auctoritate tantum indici, conuocarique ex omnibus Catholicæ religionis Episcopis iurisdictionem habentibus, vide Azot. in insit. moral. p. 2. lib. 3. c. 37. q. 1. Franc. Leo in thefauro fori Ecclesiast. 1. c. 9. n. 1. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 1. 8. n. 194. plures per Cened. d. collect. 108. n. 4. Vgolin. de officiis & potest. Episcop. c. 48. n. 3. quorum aliquos refero ipse cod. trah. p. 1. alleg. 9. 3. n. 1.

Vitam perdit, aut membrum.] Ergo ex membris abscissione non sequitur vita perditio, vt per Abb. num. 2. Felin. num. 1. in presenti, iuxta naturam alternaciuz,

natiæ, de qua in reg. in alternatiis, de regulis iuriis,  
ib. 6. cum similibus ibi citatis.

*Regula sanctorum Parum, &c.]* Controversum sat-  
tis est quodnam per hæc verba in his terminis intel-  
ligendum sit. Innoc. hic interpretatur per regulas san-  
ctorum Parum non solum Canones omnes Summo-  
rum Pontificum, sed etiam sanctorum Patrum senti-  
tias per Romanam Ecclesiam approbatas, argumen-  
to cap. canon. 3. distinct. &c. sancta 16. distinct. Alij  
verò intelligunt, quod scilicet tunc dénum ex forma  
huius texti. Episcopi teneantur, & per iurium alijs in-  
currant quâdo Canones sunt in periculo, & Episcopi  
non sunt adiutores ad illos retinendos, vel defenden-  
dos; sed quia prædicti intellectus diuinat, & supplet,  
facilius verborū proprietates retinebunt & rigor, cui  
innituntur, obnubiantur, si aduertamus ex plerisque  
iuribus longum dari dilectionem inter regulam sanctorum  
patrum, que ut plurimum vniuersalitatem Ecclesiae  
regimen concordant, & alia id genus, & inter alios  
quoscunque Canones Pontificios, in illis enim ob  
maximam inficiam, quam præferunt, rationique  
summae adequatam, mutatio non admittitur, nisi ma-  
gna urgentissimæ causa concurrente; in iis verò  
non vñque adeo gravis, & vrgens causa necessaria est;  
pater hac differentia ex c. confessio, &c. ex c. Ecclesiæ,  
cum multis ibid. 25. q. 2. Hoc supposito dicendum est  
Episcopos ex iureiurando iuxta formam hic præfinitam  
teneri solum ad obseruandas huiusmodi regulas,  
in quibus veneranda antiquitas, & summa illa æqui-  
tas viger, eoque casu Episcopos per iurium incurtere  
non solum quando per conemptum, sed etiam quando  
ex aliqua iniusta causa eadēm infringunt, vt constat  
ex modò resolutis.

*Apostolorum limina singulis annis, &c.]* In eo loco  
dicuntur esse limina Apostolorum, quæ Episcopi vi-  
fitare tenentur, vbi est Papa, qui fungitur ipsorum  
Apostolorum auctoritate, non verò vbi sunt sancta corpora, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 13. §. 1.  
n. 9. Hodie per nouam confit. Sixti V. publicatam Ro-  
ma die 20. Decembr. 1585. incip. *Romanus Ponifex*,  
tempus, quo hoc Visitationis debitum officium fieri  
debet, assignatur maius & minus pro diversitate lon-  
gioris, & brevioris distantiæ ab Urbe, & recèlentur  
distinctè omnes prouinciae, in quibus Catholica fides  
viger in qualibet mundi parte, scilicet Europa, Africa,  
& Asia, & quo anno Episcopus ex qualibet dicta-  
rum Provinciarum ad limina Apostolorum visitanda  
accedere debeat. Quare viciniores tertio quoquo ani-  
no, alij verò pro maiori, vel minori distantiâ quarto,  
quinto, vel decimo anno iter suscipiunt, & Deo con-  
cedente perficere debent; & successuè eisdem tem-  
poribus transactis repertere tenentur, quâm constitui-  
tionem de verbo ad verbum refert Quarant. in summ.  
*Bullarij*, verbo, *Apostolorum limina*, & de ea multa tra-  
dit Anafast. Germon. de iudicatis Cardin. in fine, & ego  
ipse de officiis & potest. Episc. p. 3. alleg. 11. n. 4. vbi alios  
plures refero.

S V M M A R I V M.

1. Clericus Episcopo suo obedientia iuramentum præstare  
non tenetur nisi ratione administrationis sibi com-  
missa, & n. 2. & ratio datur n. 4.
2. Iuramentum est illicitum non solum quando sine causa  
præstatur, sed etiam quando sine illa extorque-  
tur.
3. Clerici qui dicuntur administrationem habere ad hoc  
ut teneantur Episcopo suo obedientia iuramentum  
præstare, offendit.

Tom. I.

C A P. Nullius. V. Urban.

*Clericus non tenetur Episcopo suo iurare fide-  
litatem, nisi quando administrat res Ecclesiæ.*  
Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar.  
Bellam, Ioan. Andr. Imola, Ananii, Hostiens. Bald.  
Panoiu. Feliu. Butr. Martin. Vran. Anch. Guid. Papæ.  
Alex. de Neno, Cujac. Viuian. in ration. secundi libri  
iuris Pontif. pag. 212. Alagona in compend. iuris Canon.  
pag. 290. remissiù Ximen. in concord. p. 2. refertur ab  
Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib 2. tit. 17. c. 1. nouissimè  
Ioan. de Valboa in annis Academ. prælect. Salmant. tom. 2. pag. 268.

Hanc eandem conclusum ex hoc text. defumit Bellet.  
disquisition. clericalium, part. 1. tit. de fave clericorum  
personalis, §. 5. numero 2. Ratio est, quia iuramen-  
tum est illicitum non solum quando sine causa præ-  
statur, sed etiam quando sine illa extorqueatur ar-  
gument. cap. nimis 39. & cap. veritatis 14. i. f. hoc tit.  
etenim cum clerici omnes tempore, quo ad sacros  
Ordines promouentur, suis Episcopis iurauerint  
obedientiam, & pleraque alia, cap. quinquaginta 23.  
dist. & per hoc posterius iuramentum nihil de nono  
interpretatur, quod iam per prius non obtineatur,  
nullaque de novo cauta insurgat, neque enim ad-  
ministratio rerum Ecclesiæ carum eisdem commit-  
tatur; merito igitur exigi nequit, vt texi. habet.  
Quibus conseqvens est concordiam inter d. cap quan-  
quam, & huius text. prohibitionem, vt scilicet ibid.  
boni publici & ex iusta causa iuramentum exigatur  
a clericis, qui ad sacros Ordines promouentur, toler-  
enim, vt ille text. ait, plus timeri quod singulariter  
promittitur & iurat, quoniam quod generali spon-  
fione continetur, quo præhabito iuramento recte  
hic prohibetur ne ab eisdem clericis, dum aliud de  
nouo non concurrat, secundum exigitur, & sic in  
nihilo sibi repugnat.

Vnde iam inferunt intellectus ad eam partem hu-  
ius text. quia adiicitur exceptio ad reg. suprà positam,  
vt scilicet Clericis, quibus rerum Ecclesiasticarum  
dispensatio est commissa, prædictum iuramentum sit  
defendum, cuius rei ratio est, quoniam ad iuram  
iuramenti exactione sufficit quod iusta causa, & ne-  
cessitas illud exigendi interueniat ex reg. o. eti. Chri-  
stus, ibi, quoniam ad iuramentum, &c. hoc tit. constat an-  
tem necessitatem & iustam causam in hac specie in-  
teruenire, interest namque Ecclesiæ quod suarum re-  
rum dispensatio nemini absque cautione tradatur, ex  
reg. l. 1. in princ. C. de usufreg. & cap. vlt. at p. 2. planè  
nulla alia cautio in his terminis commodior præstat  
potest, quoniam iuratoria, ex reg. cap. cum desideres. iunct.  
gloss. verbo cantela, de sent. excomm ideo recte in hoc  
text. iuramentum à prædictis clericis exigitur, obser-  
vant Innoc. Bald. Abb. Imol. & omnes hie, S. Ant. p. 2.  
tit. o. c. 5. §. 2.

Amplia id ipsum procedere non tantum in Cleri-  
cis, quibus beneficia curam animarum habentia, sed  
etiam simplicia conferuntur, sicut enim illis circa  
curam animarum vestes sacras, Calices, & his simili-  
lia, & circa bona Ecclesiæ temporalia commissa est  
administratio, ita & his circa tripla iura, redditus  
que simplicium beneficiorum, atque alia iisdem  
cohærentia, vnde utroque casu posterius iuramen-  
tum deferuntur, Abb. num. vlt. & communis p. text.  
ibi in c. sua nos infra hoc tit. S. Anton. proxime.

578

579

## SUMMARIUM.

- 1 Obligatus ad usuras soluendas soluere non cogitur nisi iurauerit, quo casu cogitur, sed reperit, & de materia & intellectu, n. 1.  
3 Declaratur text. in presenti, & numeris seqq.

## CAP. Debitorum. VI. Alex. III.

**Q**ui se obligavit ad soluendas usuras, non debet cogi nisi iurauerit, & tunc post compleatum iuramentum, id est, soluvis usuris, sunt compellendi censuris Ecclesiasticis ad restituendas usuras acceptas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Holt. Bald. Anorm. Felin. Burr. Martin. Vran. Henric. Boich. Anch. Guid. Papae, Alex. de Nevo, Cujac. Cened. collect. 78. Vivian. in rationalibus secundis libri iuris Pontif. pag. 212. Alagonia in compendio iuris Canon. pag. 290. remissione Calaf. in annos. & Ximen. in concord. part. 1. & refutatur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 2. cap. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 6. cap. 2. nouissime Ioan. de Valboa in annis Academ. pralett. Salmant. tom. 2. pag. 232. cum seqq.

2 De materia & intellectu huius text. vide late disputantes Couar. in cap. quanvis pactum, de pactis. lib. 6. p. 2. §. 4. n. 2. Mench. quest. usus freq. o. 32. n. 5. & de success. creat. lib. 2. §. 10. n. 648. & lib. 3. §. 18. n. 38. cum seqq. Caflan. in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 7. verbo, suppose que l' esdits, ex n. 26. Alexand. consil. 49. ex n. 17. vol. 4. Leli. de Zanchis de priuileg. Eccl. priuileg. 50. ex n. 13. Ioseph. Ludon. commun. tit. de iure. concil. 3. Guttier. de iuramento confirm. p. 1. c. 2. optimè D. Barbofa in l. alia, §. eleganter, num. 32. ff. soluto matrimonio, Petrus Tarab. tit. 2. gloss. 1. pag. 25. lib. 8. Ordinam. Eduard. Caldeira de errorib. pragmat. lib. 1. cap. 5. n. 4. Soar. de Religione, tom. 2. tractat. de iuramento, cap. 9. n. 3. latè Sanch. de matrimonio. lib. 1. disputation. 32. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. cap. 11. n. 2. cum sequentibus, plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 78.

3 Dubia viderur huins text. decisio dum tenet quod licet usurarum promissio nullius sit momenti, iuramentum tamen de ipsis soluendis obligatorium est, nam ex eo difficultas insurget, quia videtur huiusmodi iuramentum contineret turpitudinem ex parte iurantis, ac per consequens, cum in obseruancia repetiatur peccatum, non valere, per text. in cap. si vero, cap. cum contingat, infra hoc sit, nam facit videtur induci ad peccandum creditor, cui usura soluuntur, cum ad illarum receptionem inimicetur, & ideo propter occasionem delinquendi, quam præstat inducendo proximum ad peccandum, peccare & ipsa censetur, cap. 1. sup. offic. delegat. cap. ultim. de iur. cum similibus. Quare ille est fecitor intellectus, & vera decidendi ratio ad hunc text. quod propterea obligat iuramentum de usuris soluendis, quia scilicet in illius obseruantia, hoc est, in usurarum solutione, nullum peccatum committitur. Probatur, quia ipsa solutio usurarum in se considerata nulla lege prohibetur, nec aliquod peccatum inducit, iuxta hoc text. si enim peccatum conseretur, nunquam iuramentum de ipsis soluendis obligaret, cap. si vero, versic. nisi tale sit infra. hoc sit, cum ibi citatis. Nam licet recipiens usuras iniustum faciat, dum scilicet sine iusta causa pecu-

niam sibi alias indebitam accipit, contra cap. si res aliena 14. quæst. 6. per contrarium tamen eas solueat nequaquam iniustum facere, sed potius pati censetur, dum scilicet vel gratia implenda promissio, vel alijs ob redimendam aliquam honoris, vel fame vexationem eandem pecuniam indebitam soluit, planè licet faciens iniustum semper peccer, D. Thom. 1. 2. quest. 59. artic. 42. non ita tamen illud patiens, quia potius auctum facit virtutis si ob redimendam vexationem maioris mali id patitur, D. Thom. vbi sup. artic. 3. sicutque mutuarii licet accipit mutuum usuras soluturus, vt notant Felin. in presenti, n. 6. item & Innocent. Abb. Anan. & Bero. a num. 20. in cap. super eo, infra. de usuris, D. Thom. d. quest. 78. artic. 4. vbi Caiet. Conrad. de contract. q. 4. Sot. de iustit. lib. 6. quest. 1. art. 5. Navar. in man. cap. 14. num. 31. & cap. 17. num. 262. Baptista Lup. de usuris, commento 3. num. 31. Couar. in d. cap. quanvis pactum, part. 1. §. 1. numero 10. Ad illud antem, quo dicitur soluentem usuras præstare usuratio occasionem peccandi, dum scilicet illas accipit, respondetur ex actu solutionis per se non sequi peccatum, nec ruinam usurarij, qui potius non accipere, imo ad id tenebatur, iuxta illud luce 6. relatum in cap. consil. infra. de usuris, & ita scandalum magis accipitur ex malitia sua, quæmatur deinde à soluente, qui cum rei licite operam det, fidem iurata obseruat, & peririum, ac infamiam vulgi evitat, meritò occasionem non datam, sed acceptam potius contemnere, reg. qui scandalizuerit infra. de regulis iuris lib. 6. cum late adductis à Couar. in reg. peccatum, in princip. num. 4. Navar. in cap. cum contingat, supra de script. p. 167. vers. secundò, inuit text. in cap. mores 22. quæst. 1.

*Si vero de ipsorum solutione iurauerint, &c.] Erga licet contractus sit fecundatius, potest quis cogitatione iuramenti ad usuras soluendas quando sumus in principali debitore, qui propria auctoritate non debet spernere iuramentum, sed ad Ecclesiasticum iudicem recurrentem est pro illius absolutione, sine qua audiendum non esset, Steph. Gratian. discept. for. res. cap. 14. n. 15. & 16. & ideo iuramentum causat, vt qui teneat præcisò soluere, non obstante allegatione usurarum, vt per Ioseph. Ludou. tom. 3. com. opin. tit. de iure. concil. 3. pag. mibi 495. vbi limitat quando pars petitur probari super usuras, & etiam quando quis fuisse absolutus à dicto iuramento ciatata parte.*

*Cogendi sunt dominio reddere iuramentum.] Ergo tota huius iuramenti obligatio Deo acquiritur, non autem usuratio, vt per Garc. de ultimo fine, illat. 22. princip. num. 465. Couar. in cap. quanvis pactum, p. 2. §. 3. num. 2. versic. primuna ex hoc intellectu, Soar. tom. 2. de Relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 27. in fine, Molini. de iustit. tract. 2. disputation. 150. col. 2. & 3. & disputation. 51. col. 4. versic. viii. autem, Less. eod. tract. lib. 1. cap. 17. dub. 6. num. 51. Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 3. c. 11. num. 7. cum seqq. quicquid teneant Aragon. 2. 1. 2. 89. artic. 6. circa solus. ad 1. in s. conclus. Valent. 2. 2. disputation. 6. quæst. 7. puncto 4. col. 7. versic. quod autem. Nam ex iuramento duplex oritur obligatio, altera expressa facta homini, & ex hac parte iuramentum turpiter extortum non obligat, homo enim nullum ius per iniusticiam acquirit: altera Deo, qui in testem inuocatur, atque ita teneat iurans Deo seruare, quod per nomen suum promisit, si licitum sit, ita Sanch. de matrimonio, lib. 1. disputation. 32. numero 1. in fine.*

*Et cum usura soluta fuerint, &c.] Notatur ad hoc quod qui iurauit postquam seruauerit iuramentum, poterit*

# De Iureiurando, Tit. XXIV. 579

poterit repetere condicione sine causa, ut per Laram in l. si quis à liberis, §. parens, n. 20. ff. de liberis agnosc.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor qui iurauit creditori nullum grauamen super re pignorata inferre donec soluerit debitum, non audiatur repentes pignus volendo compensare fructus in somptu, sed debet prius debitum integraliter solvere, & denunca rem cum fructibus inde perceptis expofcere.
- 2 Iuramentum in forma specifica adimplere debet.
- 3 Declaratur multipliciter text. in praesenti, & n. 4. 5. 6. 7. & 8.
- 9 Solvere vere qui iurauerit non potest compensationem obtinere.
- 10 Fructuum appellatione venient fructus deductis expensis.

## C A P. Ad nostram. j. VII.

1 **Q**vi mutuo pecuniam accipiunt, & possessio-nes pignorant, ac redditus mutuant, si iurant se non molestaturos mutuant super fructibus pignoratum, donec soluerint pecuniam, tenentur prius soluere pecuniam, deinde petere restitutionem fructuum, & si dominus accepisset pignora volens compensare fructus, est compellendus per censuras ut restituat pignora, & satisfaciat iuramento, & deinde usurarii censuris ad fructus cogi debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Buttr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papae, Martin. Vran. Cujac. Alexand. de Nemo, Cened. collect. 1. 5. Viuian. in ration. secundi libri iuriis Pontif. pag. 214. Alagona in compend. iuriis Canon. pag. 290. remissione Catal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. nouissime loan. de Valboa in annuis Academ. prelect. Salmant. tom. 2. pag. 275. refutetur ab Ant. Ang. collect. 1. Decret. lib 2. tit. 17. c. 3.

2 Plura circa materiam & intellectum huins text. & an, & quando iuramento soluere promittens la-tisfaciat compensando, vide addit. ad Gerard. sing. 98. lit. A. versic. quod si quis soluere, Mathefl. sing. 54. Salzed. ad Bernard. reg. 99. in vers. sexto limita, Capyc. decis. 107. ex n. 4. Afflct. decis. 163 & 81 Fusch. lit. 1. sing. 81. Sebalt. Medic. in iur. de compensatione part. 1. 9. 25. per tot. Roland. conf. 6. n. 3. & conf. 17. n. 1. & 14. vol. 1. Ozaf. decis. 92. Joseph Ludov. Petrus. decis. 15. ex n. 7. Anton. Gabr. commun. opin. lib. 2. tit. de iureiur. conf. 7. Tiraquel. de iure mariti, gloss. 7. n. 189. & de retract. lit. §. 3. gloss. 3. n. 6. Thom. de Thomassi. reg. 165. Camil. Borrell. in summa decis. tit. 60. n. 88. Afflct. in cap. licet vassallus n. 41. si de feudo fuerit controv. lib. 3. fol. 36. Neguzan. de pignor. p. 5. memb. 5. n. 14. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 1. num. 7. 3. pag. 438. Kirchou. d. tom. 1. commun. lib. 4. tit. 2. 1. num. 12. & 22. pag. 597. Hippol. sing. 208. Gig. de pensionib. quæst. 92. numero fin. Gemin. de usuris, comment. 3. §. 6. n. 142. Petr. Salazar. de usu, & confusione, cap. 1. ex num. 67. Seraphin. de præm. iuram. præm. leg. 7. 4. ex numero 35. Gutier. de iuram. conf. part. 3. cap. 6. ex num. 6. Perez. l. 1. gloss. 6. pag. 543. tit. 4. lib. 3. Ordinam. Soar. tom. 2. de Relig. tract. de iuram. cap. 37. Gasp. Gabellini. in mellilog. iuri-ris, part. 1. mellilog. 2. 3. & 224. Ceull. communium contra commun. quæst. 2. 3. 1. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. cap. 17. n. 15. Mar. Anton. Genuensi. Tom. 1.

in practicabil. Ecclesiast. questione 292. à numero 1.

Text. hic in principali conclusione apud Docto-tes difficilis reputatur, plurisque ad illum assignatur intellectus. Primus est Couar. in cap. quævis pallium, de pallis, lib. 6. part. 1. §. 4. numero 9. & 10. afferentes ideo in praesenti debitorem, qui iurauit cre-ditori nullum grauamen super re pignorata inferre, donec soluerit debitum, non audiri repetentem pignus volendo compensare fructus in somptu, quia non erat liquidum fructuum debitum, cum quo volebat debitor liquidum debitum compen-sare.

Secundus intellectus est Sylvestri in summa, verbo, iuramentum 3. quæst. 6. & 4. quæst. 7. Azorij iuris-mentum, moral. part. 1. lib. 8. cap. 8. quæst. 10. afferentium ex eo procedere quia debitor ille iurauerat se soluturum obligando se expressè ad non vtendum compensa-tionem.

Tertius intellectus est Castill. lib. 3. quotid cap. 23. num. 7. 3. cum seqg. tencit quod ideo debitores sic, qui se soluturos iurarunt, non liberantur compensa-tionem, quia se obligaverunt ad solvendum pecuniam, quo casu non nisi numeratione liberari possunt propter adiunctum verbum, pecunia, & solutum 48. ff. de solut. ibi, solutam pecuniam intelligimus utique naturali-ter, si numerata sit creditori.

Quartus intellectus est communis Praeceptoris D. Ludouici Correa in Comimbricensi Academia iuris Caconici Primarij professoris, afferentis tex-tum in praesenti, minimè probare non posse opponi compensationem, imo illam admittere, dum iu-bet possessiones restituvi ut pecunia persolvatur ad fi-nem usque, facta scilicet compensatione fructuum. perceptorum, prout indicat dictio, per. l. urbana §. per-noctare, ff. de verbis significat. at pecunia persoluta si aliquid superexcreuerit ex fructibus perceptis ultra somptu principale post factam compensationem restitutatur, quod clarissimum colligitur ex originali, tom. 2. Concil. in aliis Alexand. I I I. tit. de usuris, cap. 7.

Ego vero cum domino meo Doctissimo Petro Barbosa in scholiis priuatis adl. Julianus, ff. de condit. & demonst. probabilis dico, quod hic debitor non soluere iurauit soluere, sed etiam iurauit nullam mouere controversiam super rebus pignoratis, donec pecu-nia solueretur, quod utique pactum nihil operatur, nisi intelligamus per illud tacite esse compensationem remuniatum, quod soler fieri de fructibus percep-tis ex re pignorata ad somptu principalem, iuxta l. 1. & 2. C. de pignorat. afft.

Recipit in pignore. ] Si vero nullum esset datum pignus, sed tantum quis iurasset soluere certam quantitatem, dubium est an textus in praesenti pro-cederet? Socin. in l. Julianus, ad fin. ff. de condit. & demonst. distinguunt quod si iam debebatur pecunia, ex qua nunc obiciuntur compensatio, obstat iuramen-tum; si vero debitum postea superueniat, po-terit obici compensatio, quia cum de hoc verisimili-ter cogitatum non fuerit, ad illud non exerci-titur consensus, l. cim. Attiliana, ff. de translat. & consequenter nec iuramentum, l. fin. C. de non num-pecunia, sequuntur Tyndal. in tractat. de compen-sat. questione 7. Afflct. decis. 381 man. 4. Sed adver-tendum prædictam distinctionem recipi posse quan-do quis iurauit soluere pecuniam, & preteret nullam monere controversiam super solutione iuxta terminos huins texti. si enim quis simpliciter iurauit soluere, potest indistincte compensationem ob-iucere, & ita intelliges ex Medin. de restitu. quæst. 3. col. pen. Addit quod si quis iurasset vere soluere, non

Ccc 2 poterit

poterit vñquain compensationem obiicere, quia propter dictioñem, *verè*, videtur excula compensatio, quæ facta solutio est, vt per Tiraq. de reuoluta lig. §. 3. gloss. 3. n. 6. Donel. commentarii Civilis, ad l. ne creditores 10. n. 3. C. de pignorat. atl. Surd. de alimēnta tit. 6. q. 4. & 7. q. 11. n. 14. & 15. & decis. 117. & 191. Castil. d. c. 13. n. 90.

**10.** In gloss. *Deductis expensis*. 1.] Notatur ad hoc quod fructum appellatione veniunt fructus deductis expensis, vt per Duen. reg. 3. 87. Bernard. reg. 3. 20. Cou. lib. 1. var. c. 3. n. 3. Corduba de Lara in l. si quis à liberis, sed si filius, ex nos 6. ff. de liber. agnosc. Hojed. de incompatib. benef. p. 1. c. 15. n. 6. Caualcan. p. 1. decisi. 3. ex n. 11. Tiraq. dererratis lig. §. 15. gloss. 1. n. 1. & seq. Xuar. sis. de bu arrhas, n. 6. Menoch. remed. 15. recip. n. 574. Cott. in memorab. verbo, statuo, fol. mibi 72. Mex. in tract. tassa panis concil. 1. n. 89. cum seqq. Surd. de alimēnta tit. 8. q. 12. n. 7. & 15. Gonzal. ad reg. 8. Cencel. §. 7. pœm. n. 163. Cened. ad Decres. collect. 7. 1. n. 5. &c. alios per me citatos in tract. de appell. verborum utrinque iuris signif. appell. 10. n. 22.

In gloss. *Sufficienti cautione*, ibi, intelligitur de pignoratio, vel fideiūficio. Vide similem gloss. & ibi plures Doctores per me citatos, verbo, sufficienti cautione, in cap. ex transmissa, 8. sfp. de restis. Apoliat. & d. tract. appellat. 24. 1. n. 3. & 4.

## S V M M A R I V M.

1. *Iuramentum metu extortum si potest seruari sine interitu salutis eterna, seruandum est: Ecclesia tamen Romana confitent à tali iuramento absoluere.*
2. *Iuramentum rei licita metu extortum obligat, donec declaretur non tenere.*
3. *Iuramentum promissarium de actu, qui sine peccato mortali fieri non potest, nullam inducit obligacionem.*
4. *Declaratur text. in presenti.*
5. *Iuramentum tendens directè in mortem propriam non valet.*

## C A P. Si verò. VII.

**I**uramentum, cuius obseruantia non vergit in interitum salutis eternæ, seruandum est, nisi fuerit metu extortum, vt qui compulsa renuntiavit beneficium cum iuramento non repetendi, debet seruare iuramentum, & Ecclesia hoc præcipit ne videatur dare materiam peierandi; solet tamen Ecclesia prius absoluere à iuramento, & deinde restituitur beneficium vt Ecclesia inferuat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Butr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Nenu, Cujac. Viulan. in rationali secundi libri iuris Porfisi. pag. 215. Plagona in compendio iuris Canon. pag. 291. remissiù Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decker. lib. 2. tit. 17. cap. 4. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. part. 17. cap. 1. nouissime Joan. de Valboa in annuis Academ. prælect. Salmant. tom. 2. pag. 282. cum seqq.

**2.** Allegatur hic text. communiter ad hoc quod iuramentum rei licita metu extortum obligat, donec declaretur tenere, vt per Couar. de sponsalsb. p. 2. c. 1. §. 5. n. 2. Guitier. de iuram. confirm. p. 1. c. 57. n. 20. Greg. Lop. l. 29. verbo, que la fizq., tit. 12. p. 3. Tolet. in sum.

lib. 4. c. 22. num. 2. Seraphin. de privilegiis iurament. præsili. 110. num. 16. Valent. 2. 12. dispus. 6. quæst. 7. punto 4. col. 6. vers. respondet questionem banc. Flamin. de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 2. num. 23. Sayr. in clavis Regia, lib. 2. cap. 2. num. 10. & lib. 5. cap. 6. num. 14. cum seqq. Soar. tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 9. n. 3. & lib. 3. cap. 16. num. 18. Sanch. de matrim. lib. 1. dispu. 32. n. 1. & in precepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 12. n. 13. Bernard. Græue. ad practic. Camera Imper. lib. 2. concl. 43.

*Nisi tale sit quod seruatum, &c.*] Notatur ad hoc quod iuramentum promissorum de actu, qui sine peccato mortali fieri non potest, nullam inducit obligationem, vt per Couar. in cap. quæmvis pactum, pari. 1. s. 6. num. 6. D. Thom. 2. 2. quæst. 8. 9. art. 7. ad 2. & quæst. 9. 8. art. 2. ad 1. Nauar. in man. cap. 12. num. 15. vers. 1. 6. Sayr. d. lib. 5. cap. 6. num. 2. & cap. 7. num. 2. Soar. d. lib. 2. cap. 14. & cap. 18. illo enim calu iuramentum homini præsumit non obligat, quando promittitur res, quæ absque culpa faltem veniali impleri non potest, ita Couar. in cap. quæmvis pactum, p. 3. in princ. 1. vers. tertio constat. Molin. de inst. tract. 1. disp. 149. vers. bis exemplis, Sanch. dicta disp. 32. n. 1. & dicit gloss. 2. l. 2. tit. 12. lib. 2. for. leg. quod hoc calu iurans potest suo iuramento propria auctoritate contratenire, disputat Cenall. communium contra communes, quæst. 60. 4. n. 2. Non obstat texu. hic, ibi, interius salutis aeternæ, quibus verbis videtur significare solum illud iuramentum non esse adimplendum, quod sine peccato mort. obseruari non potest, cum peccatum veniale non inducat interiuam salutis aeternæ, quia respondet quid quæmvis in hoc text. fiat mentio salutis aeternæ, non excludit tamen peccatum veniale, cum id per alia iura satis consulum sit; nempe per cap. cium contingat, hoc tit. cap. quæmvis pactum, de pastis in 6. licet namque peccatum veniale per se & immediate non priuere salutem aeternam, & ita non vergat directè in illius dispendium, nihilominus tamem dum durat, impedit vita aeternæ consequentem, & aliquo modo reddit hominem impositum ad perfectum Dei amorem, & hoc modo potest dici illud vergere in dispendium salutis aeternæ, vt eleganter explicat Soar. d. lib. 2. cap. 15. n. 5. post alios Sayr. lib. 2. cap. 13. num. 6. & ante eos D. Thom. p. 3. q. 87. art. 2. ad 3. & 12. q. 89. art. 1. Sot. in 4. dispu. 16. q. 1. art. 2.

In gloss. *Salutis*. Notatur ad hoc quod iuramentum tendens in mortem propriam non valeat, vt per Sayr. in clavis Regia, lib. 5. c. 7. n. 7. verbo iuramentum 4. 9. 10. quod tamen intilige cum hac glossa, & citatis Doct. quando obseruantia iuramenti directè vergit in mortem, secus si indirectè, v.g. si aliquis Hispanus, vel Gallus iraret ire Romanum mensile Augusto, debet enim seruare huiusmodi iuramentum, nam quæmvis ex tali mora facta Romæ aliquando propterea in imperiem contingat, mors tamen hoc non semper accidit, & sic directè non intendit mortem, sed occasionaliter.

## S V M M A R I V M.

1. *Monachi qui pro debito monasterij iurant stare in obligacio, & fideiūfiores, qui iuravunt creditorum indecumne seruare, iuramenta seruare coguntur.*
2. *Homines liberi obfides dari possunt.*
3. *Iuramentum habet vim specialis mentionis.*
4. *Mulier fideiūbens pro aliquo cum iuramento, non iuratur beneficio Velleiani.*
5. *Fideiūfors quando iurauit obligationem, & fideiūfornem, non est uectifaria excusio.*

6. Mone

- 6 Monachi , vel clericis in obsidies dari non posse sunt.
- 7 Abbas non potest religiosum dare in pignus , seu in obsidem pro debitis Monasterij.
- 8 Creditoris , qui filios debitorum in pignus accipiunt , cadunt a credito.
- 9 Incertam rem promittens cum iuramento intelligitur se facturum , & curaturum.

## C A P . Ex rescripto . IX .

**A**bas , & monachi qui pro debito Monasterij iurant stare in obstagio , & fideiunctores facultates , qui iuravunt creditorem indemnum seruare , debent iuramenta adimplere , alioquin illis debet interdicti ingressus Ecclesiae , & in terra eorum inhiberi diuina Officia . Colligunt ex Ordin . Abb . antiq . Innoc . Collect . Zabar . Bellam . Ioan . Andri . Imol . Anan . Hof . Bald . Panorm . Felin . Butr . Martin . Vran . Henric . Boich . Anchar . Guid . Papa . Alexander de Nevo . Cujac . Cened . collect . 73 . Viulan . in rationali secundi libri iuris Pontif . pag . 216 . Alagona in compedit . iuris Canon . pag . 291 . remissione Catal . in annot . & Ximen . in concord . p . 1 . & 2 . refertur ab Aut . August . collect . 1 . Decret . lib . 2 . tit . 17 . c . 6 . & est post Concil . Lateran . sub Alex . III . p . 17 . c . 3 .

Probat hic text . validum esse monachi iuramentum de manendo in obstagio interim dum debitum non perfosuit ; vt per DD . in praesenti . Sed obstat primum quod actus ille nullam potest inducere obligationem qui speciem seruitutis constituit , vel quoquomodo libertatem infringit in homine libero lib . 70 . § . Tertio centum , il . 2 . ff . de condit . & demonstr . l . 1 . & 2 . ff . de libero hom . exhibit . at quia iuramentum hoc de manendo in obstagio sat inducit speciem seruitutis , cum monachi iuviti detineant interim dum promissa non praestantur ; igitur , &c . Secundum obstat quod iuramentum non potest ad illum actionem obligare , per quem tam iurans , quam is , cui iuratur , excommunicationem incurrit , esset enim tunc vinculum iniquitatis , contra cap . quanto 18 . infra . hoc tit . sanè tam is , qui iurat de manendo in obstagio , excommunicationem incurrit , arg . cap . contingit 36 . de sentent . excom . cum traditis per Nauar . in man . cap . 15 . num . 11 . quam is etiam , cui iuratur , cap . imper . 29 . in princ . vers . nos igitur , illo ist . de sent . excom . ergo , &c . Tertiù obstat quod huiusmodi iuramentum offendit ipsius monachis professionem , cum manere in obstagio importet extra claustrum morari , contra cap . sicut ex literis 13 . infra . hoc tit . & contra substantiam professionis , quae consistit in abrenuntiatione facili , & propria voluntate , vt per D . Thom . 2 . 2 . q . 8 . 8 . art . 7 . in corpore , ad fin .

Propter que text . iste variè intelligitur , vt per gloss . 1 . Abb . Bald . Felin . n . 4 . & alios in praesenti . gloss . 2 . in cap . suppletior 23 . q . 8 . gloss . vlt . in cap . expposita 1 . de arbitri . Rip . in l . obligation . num . 12 . ff . de pignorib . Guillelm . in cap . Raynatus , verbo testamentum 3 . n . 26 . Conar . lib . 2 . var . cap . 1 . num . 1 . ad fin . & in cap . quamvis paltum , p . 1 . § . 4 . num . 4 . & part 2 . in initio . num . 6 . Communis sententia est quod ex solo iuramenti vinculo valet obsidium datio , quasi illo remoto ex precedenti conventione nullatenus monachi obligari potuerint manere in obstagio , in quam rem expenditur text . in praesenti , ibi , sicut iuravunt . Sed reiecta hac communis sententia , omisssione aliis intelligendi modis , de quibus per supra citatos , dicendum mihi videtur ut ex eo monachi in obsidies dari potuerint , iuramen-

tumque valuerit , quia non simpliciter & absolute dati fuere , sed liberum manebat eisdem recedere , dummodo alij loco ipforum ponentur , idque ipsi quantum in se erat , efficere conarentur , idque satis appetet ex serie text . & forma iuramenti , ibi , ut si ipsi desicerent , alij , &c . Deinde expenditur quod iuramentum sub ea forma conceptum solam obligat monachos ne per eos stet quominus seruetur conuentio , satisfacteré dicuntur , si quantum in se est curarent , ten laborauerint ut alij substituantur , iuxta doctrinam glossat . in praesenti , per text . quem citat in l . stipulatio ista , 38 . in princ . ff . de verb . oblig . & gloss . vlt . in c . Eleutherius , 91 . dist . recepta communiter vt plures , quos refert & sequitur Conar . d . p . 2 . § . 5 . n . 1 . Gam . Lusitan . decis . 32 . in quibus terminis in nihil offenditur libertas , & ita intellexisse videntur Rip . d . n . 12 . Con . d . c . 1 . m . 1 . in fin .

**O**bides dedit . ] Ergo liberi homines obsidies dari possunt , vt per l . 1 . vbi gloss . 5 . tit . 12 . lib . 2 . fori legum . Corfer . sing . 195 . Obses , Conar . var . lib . 2 . c . 1 . n . 1 . Bacca de inope debit . c . 1 . ex n . 24 . Roman . sing . 509 . incip . Nunquid , Gigde crime lesa maiest . lib . 1 . q . 20 . ex n . 8 . Mench . de success creat . § . 22 . ex n . 80 . Matens . 1 . 4 . gloss . 2 . ex n . 1 . 4 . tit . 16 . lib . 5 noua recip . Eduard . Caldeira de erroribus pragmaticis lib . 3 . c . 9 . in princip . Amescua de potestate in se ipsum , lib . 2 . c . 14 . n . 33 . versic . primo , plures per Cened . ad Decretal . collect . 73 . D . Barbosa in l . alia , § . eleganter , n . 38 ff . soluto matrim . vbi n . 19 . assert obistare regulam l . ob . ar . C de actionib . & oblig . & c . 2 . de pignorib . dum tenet hominem liberum pro pignore dari , vel capi non posse ; cui obiectioni respondet ibi pro bono pacis publica liberum hominem posse dari obsidem , vt sic retineatnr , & melius pax publica conserueretur . Obses , ff . de testam . cap . expposita , sup . de arbitri . Conar . var . lib . 2 . c . 1 . n . 1 . ad fin . Socin . reg . 174 . in princ . Bacca de inope dedit . c . 1 . n . 24 . Secundum , responderet idem D . Barbos , ubi proxime , n . 40 . quod licet liber homo non possit pignorari , vel alienari pro ære alieno , neque cogatur creditori seruire , tamen valebat pactum vt tanquam obses retineatur in certo loco pro securitate debiti cuiuscunque : addit tamen posse melius responderi hunc text . probare , quod licet non valeat pactum quo quis ratione debiti detineatur in certo loco , tamen si accedit iuramentum , hoc pactum confirmabitur , & illud standum est , ita vt ratione illius liber homo possit detineri iuvitus in certo loco , vt ab eo recedere non valeat .

**Qui de obseruanda conventione iuravunt .** ] Notatur ad hoc quod iuramentum habet vim specialis mentionis , vt per Tiraquell . de iure maris , gloss . 7 . n . 1 . 52 . Syluan . confil . 40 . n . 8 . Ioseph . Ludou . Pern . decis . 90 . num . 20 .

**Vt , & eius vxorem .** ] Ergo mulier fideiubens pro aliquo cum iuramento non iunatur beneficio Senatus - consulti Velleiani , de quo vide plures Doctores per Cened . d . collect . 73 . n . 3 . Bonacol . tom . 1 . communium opin . lib . 2 . tit . 1 . 4 . n . 19 . pag . 33 . 8 . Conar . in c . quamvis paltum . p . 2 . § . ex n . 4 . ver . septima conclusa . Mench . de success creat . § . 18 . n . 1 . 58 . & § . 28 . n . 61 . Anton . Gabr . commun . lib . 2 . tit . de iureiur . concl . 3 . Anton . Scap . de iure non scripto lib . 4 . c . 12 . o . n . 3 . Cutier . de iuram . confirm . p . 1 . c . 10 . Seraphin . de priuileg . iuramenti , priuileg . 99 . Mafcard . de probat . conclus . 1706 . à n . 2 . 1 . Azeued . l . 9 . n . 9 . tit . 3 . l . 5 . noua recip . Ceuall . communium contra commun . q . 5 . § . Surd . conf . 367 . n . 12 . Thesaur . Pedem . decis . 2 . sub n . 12 . Eduard . Caldeira de erroribus pragmat . lib . 1 . c . 9 . n . 1 . 6 . & 8 . & lib . 3 . c . 7 . n . 5 . Dalnet . in tract . de variis iuris renunciis 6 . n . 52 . Fachin . controversiis iuris , lib . 2 . c . 6 . Baptista Costa de falli scientia & ignot . inspect . 57 .

num. 3. Gasp. Roderic. de annuis redditibus, lib. 2. q. 5.  
num. 39. Bernard. Geatia. ad practicam Camera Imper.  
lib. 2. concl. 77. à n. 17. Cald. Pereira de emptione, &  
vendit. cap. 30. n. 10. & 19. Molina de iustitia, tract. 2.  
disp. 540. vers. illud est obseruandum, Valer. Reginald.  
in praxi fori panitent. lib. 25. n. 20. vers. primum, Re  
bello de obligat. infit. p. 2. lib. 16. quæst. omnia, de fideiuss.  
num. 1. 1.

5 Ideoque mandamus.] Notatur ad hoc quod quando  
fideiussor irauit obligationem, & fideiussionem, non  
est necessaria excusio, de quo vide Cou. in c. quamvis  
paclum in iuris. §. 4. n. 4. Anton. Gabr. commun. lib. 3. tit.  
de fideiussorib. conclus. 1. ex n. 43. Mench. q. frequenter. c. 59.  
Mich. Graff. tom. 2. commun. opis. lib. 8. tit. 2. 5. n. 168.  
pag. 384. Rebuff. ad iuris de verborum signis pag. mbi 534.  
cum seqq. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. c. 23. n. 26. Flores  
de Mena var. d. lib. 1. q. 11. Molina d. tract. 2. disp. 545.  
vers. dubium est se fideiussor, Cened. d. collect. 73.  
num. 2.

6 In gloss. Obsides dedit ibi, sed qualiter liberi homines,  
&c.] Notatur ad hoc quod monachi, vel clerici in  
obsidies dari non possunt, vt per Socin reg. 3. 2. No  
tatur etiam ad hoc quod Abbas non potest religio  
sum dare in pignus, seu in obesidem pro debitis mo  
nasterij, ita Bald. hic n. 1. Card. etiam num. 1. Imol.  
n. 5. Roman. sing. 605. vers. unquam Episcop. Sed com  
muniis opinio affirmit id posse fieri ab Abbate, quod  
supponi videtur in hoc text. in quo ita tenet Ioan.  
Andr. n. 9. Host. n. 1. Felin. n. 3. Alex. de Neu. n. 23.  
Nauar. sub tit. de Regularib. conf. 6. n. 3. in 1. edit. &  
conf. 7. 4. n. 3. in 2. Surd. de alimento. tit. 8. priu. 38. n. 26.  
& 27. Gomez de Amelcua de posseitate in seipsum,  
ib. 2. c. 14. n. 28. Sed, vt optimè docet Abb. hic n. 8.  
& Socin. reg. 267. n. 1. & 2. si loquamur de propria ob  
sidium natura, quæ est dari pro pace, aut simili causa  
Reip. à solo Pont. possunt sic dari in obesides, si vero  
non dentur vt sint proprii obesides, sed vt in certo  
loco stent ad tempus, potest Abbas religiosos sibi  
subditos ad id compellere pro utilitate, seu necessitate  
monasterij, quam conciliacionem adducit Sanch. in  
præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 2. n. 63.

8 In ead. gloss. ibi, ubi videatur quod creditores qui filios  
debitorum in pignore recipiant, cadunt à credito. Vide  
Menoch. remed. 5. recuper. n. 20.

9 In gloss. Inhibeatis, vlt. Notatur ad hoc quod ne  
credatur sponsorem facti alieni peritum admisissi  
rem incertam promittendo in eo iuramento, subin  
tellegitur se facturum, & curaturum, vt per Cou. in  
c. quamvis paclum, de pactis in 6. p. 2. §. 6. n. 2. Anton.  
Gom. var. tom. 2. c. 10. n. 2; Gutier. de iuram. confirm. p. 1.  
c. 44. n. 3. Molina de infit. tract. 2. disp. 268. vers. quin  
tus. Marant. disp. 7. à n. 10. Surd. decis. 2. 3. n. 12. Sanch.  
de marim. lib. 1. disp. 24. n. 7. Farin. Rotae decis. 112. n. 2.  
in 1. collect. non iff.

## SUMMARIUM.

- 1 Periurus est, & ab Ecclesia remouendus qui non ne  
cessitate, sed voluntate venit contra licitum iura  
mentum.
- 2 Periurus priuatur beneficiis Ecclesiasticis obtentis, per  
sententiam scilicet, vt n. 6. Intellige de periuria  
vero, & proprio, vt n. 3.
- 3 Declaratur text. in c. tua nos, inf. hoc tit.
- 4 Periuri sunt infames.

## CAP. Querelam. X.

Priurus est qui facit contra iuramentum suum i  
non ex necessitate, sed ex voluntate, & si habeat  
Ecclesiam sibi commissam, est ab ea remouendus,  
quia perius non meretur Ecclesiam. Colligunt ex  
Ordin. Abb. antiqu. Collect. Innoc. Zabar. Bellar. Ioan.  
Andr. Imol. Anan. Henric. Boich. Barbat. Anchur. Pa  
norm. Host. Bald. Butr. Felin. Guid. Pap. Martin. Vran.  
Alexand. de Nenu. Cujac. Vinian. in ration. 2. Libri iuris  
Pontif. pag. 216. Alagona in compend. iuris Canon. pag.  
292. remissiu. Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab  
Ant. Ang. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 17. c. 7. & est post  
Concil. Lateran. sub Alex. I II. p. 17. c. 5.

Non merentur Ecclesias regere, &c.] Notatur ad hoc i  
quod perius priuatur beneficis Ecclesiasticis ob  
tentis, vt per Couar. in cap. quamvis paclum, de pactis,  
lib. 6. p. 1. §. 7. n. 3. Clar. §. perius n. 4. Perez. 1. 1. tit. 4.  
lib. 3. Ordinaria pag. 546. Azeued. lib. 1. n. 79. tit. 17. lib. 8.  
nova recop. Bernard. & Zalzed. in prat. c. 92. alias 6. 95.  
in nov. f. edit. Menoch. de arbitr. casu. 3. 19. Soar. de Relig.  
tom. 1. tract. 4. lib. 3. c. 20. n. 22. Sayr. in elati Regia. lib. 5.  
c. 9. n. 7. cum seqq. Flamin. de resignat. lib. 4. q. 3. n. 10. cum  
seqq. Azor. infit. moral. p. 1. lib. 11. c. 12. q. 10. & p. 2. lib. 7.  
c. 18. Intellige de peritio vero & proprio, v. g. in 3  
asseritorio, in quo scilicet veritas non interuenit, &  
in aliquis iniuriam & preiudicium factum fuit,  
item in iuramento promissorio, quod quidem in re  
grani violatum fuit; non vero in peritio improprio,  
& secundum quid, in quo indicium, aut initia  
tia non interuenit; cum enim ius Canonicum  
periuriis predictam peccatum imponat, & tales vere &  
proprii dicantur solum priores, non vero posteriores,  
recte fit illos tantum, non vero illos predicit  
peccatum esse obnoxios, iuxta reg. oda, & reg. in panis,  
de regulis iuris lib. 6. cum similibus, & satis deducitur  
ex cap. sicut 27. vers. 6. pro iuratione, infit. hoc tit. cap. 1.  
vers. non enim, de his, quæ sunt à maiori, cap. grani, de  
cenfis, cum aliis, vbi temerariè, turpiter, & inique  
intantes, & ita non verum, & proprium, sed improp  
rium, & secundum quid peritiorum committentes  
non puniuntur peccata priuationis beneficiorum, sed  
de quibus ibi, refoluunt gloss. 3. in cap. definit.  
2. 2. q. 4. & in c. 1. verbo sanctis, vbi Doctores, 8. 5. difit.  
Roman. & addit. sing. 516. Selu. de benef. p. 3. q. 2. n. 6.  
Rip. in c. 2. n. 11. de rescript. Couarr. in cap. quamvis  
paclum. p. 1. §. 6. n. 4. unde Staphil. de literis gratia. iii.  
de variis modis vacationis, §. quando quis venit pri  
dens beneficium, n. 8. & Rebuff. de pacifici posse. n. 28.  
alias 221. Majol. de irregular. lib. 5. c. 3. 3. n. 2. quos re  
fert Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 10. num. 168.  
dicunt quod signatura non dat pro periuria pri  
uationem beneficiorum, nisi sit peritio iudiciale,  
sequitur Farinac. in praxi crimin. part. 5. quæst. 160.  
num. 191. dicens quod clericus perius in iuramen  
to iudiciali priuatur beneficiis non ipso iure, sed per  
tentient.

Obstat tamen textus difficultis in cap. tua, ad fin. 1. 4  
inf. hoc tit. vbi imponitur peccata priuationis benefi  
cij illi, qui temerariè, & turpiter solum iurant, nā in  
specie illius text. duo fuerint praestata iuramenta à  
clericis, de quibus ibi, prius fuit quando praesenta  
bantur à Religiosis ad Ecclesiastas, iurabant quid ma  
iore solito pensionem perfoluerent, & ita verem  
censum angebunt contra Concil. Later. ac per confe  
quens huinmodi iuramentum erat temerarium, tur  
pe, & non obligatorium, cū illius obseruatio in dam  
num

num Ecclesiae redundaret; posterius vero iuramentum fuit quando Clerici presentati instituuntur ab Episcopis iurantes quod non augebunt antiquam, & solitam pensionem, iuxta idem Concilium Lateranum, & sic textus iubet ut huiusmodi iuramentum posterius ut pote validum obseretur. Subdit deinde in vers. ceterum, ut clerici pro perjurio, quod vitare non possunt, ab Ecclesiis perpetuo excludantur, in quo non mediocrem patitur difficultatem, nam perjurium non fuit commissum in posteriori iuramento, ut potest factum iuxta dictum Concilium, deinde nec in eo quod per posterius violauerit prius, quia illud prius non tenebatur seruare, ut potest contra dictum Concilium, ac subinde non potest dicit perjurus ille, qui non seruat iuramentum alias inuidum, & non obligatorium; & ita in eo textus nullum videtur interuenisse verum perjurium, sed solum improprium, & lato modo, dum scilicet clerici turpiter, & temerarie prius iuramentum fecerint de agenda veteri pensione. Verum non est recedendum a supradicta declaracione, ad textus autem in d. cap. sua, omisso que tradunt Abb. n. 3. post Innoc. Imol. & Felin. n. 9. ibid. & alios, ut per Couar. communiter, d. s. 6. n. 9. respondetur, ut per eundem Couar. ut scilicet quamvis prius iuramentum de soluenda maiori solito pensione non valuerit absoluere in praediudicium Ecclesiae, quatenus onus reale ipsi impositum continebat contra dictum Concilium, validum tamen & obligatorium fuit in ipsius iurantis praediudicium, & ita quod vitam ipsius, & quoad hunc effectum necessaria est superioris absolutio, quam ipse facile concedet propter iniquam patronorum extorsionem, unde cum post praeditum huiusmodi iuramentum, & ante impetratam illius absolutionem clericus contrarium praeditum, se ipsum constituit in certo & vero perjurio, siue namque seruet prius, siue posterius, manifesta est perjurij culpa, si prius ex eo quod violat posterius, si posterius ex eo quod violat prius, quod sanè in illo casu ante legitimam absolutionem seruare tenebatur, & in hoc sensu verificantur illa verba, pro perjurio vitari non possunt.

<sup>5</sup> Sed voluntate.] Vide Soar. tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 4. c. 20. n. 1.

<sup>6</sup> A prescripta Ecclesiae remouente.] Id est, per sententiam, nam perjurium non esse priuatum ipso iure, sed priuandum, tenet Bernard. in præl. d. c. 95. Caßlan. in confut. Burgund. fol. mibi 347. n. 3. cum fess. Clari. d. s. perjurium, r. 4. Azor. d. c. 12. q. 9. Sayr. d. c. 9. num. 8. Farin. conf. 80. n. 69. & in praxi min. p. 5. q. 160. d. n. 191. Ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 51. num. 4. in fine, post Dec. Rip. Alciat. Selu. Mandos. Maiol. Guttier. & alios sequuntur Nicol. Garc. de benef. p. 1. l. c. 10. n. 167.

<sup>7</sup> In gloss. Crimine perjurij, ibi, sunt enim infames. Vide Couar. in cap. quamvis, p. 1. s. 7. n. 4. Tiraq. de peccatis tempor. causa 33. n. 4. Perez d. l. gloss. 6. p. 5. 45. col. 2. Sayr. d. c. 9. n. 6.

## S V M M A R I V M.

- 1 Presentatus si iurat presentanti de antiquo censu auctendo, & postea contrarium iurat instituenti, valet secundum, & non primum, tamen ab Ecclesia remouetur.
- 2 Declaratur textus in presenti.
- 3 Verba, perpetuo excludantur, denotant priuationem ipso iure.
- 4 Perjurium quomodo definitur, ostenditur.
- 5 Iuramento tres circunstantia, seu comites inceruiri debent.

<sup>7</sup> Falsum iurans inaduertenter quod peccatum incurrit, ostenditur.

## C A P. Tua nos. XI.

## Luc. III.

Q Vando v.g. clerici iurant presentanti angere foliatam pensionem, vel dare aliud ultra pensionem, deinde Episcopo instituenti iurant soluere antiquam, & non angere foliatam, est standum secundo iuramento, quod iuratur maiore ratione, & auctoritate Concilij Lateranensis, & non primo: sed clerici perjurii in primo sunt perpetuo excludendi ab Ecclesia. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Nevo, Cujac. Viñian. in ratione. 2. libri iuris Pontific. pag. 217. Alagoa in compendio iuris Canon. pag. 292. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Ang. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 16. c. 2.

Probat hic textus posterius iuramentum de non auctenda antiqua, & folita pensione praediudicare priori, que clericus se adstringit ad illius solutionem. Sed obstat graviter quod ubi duo iuramenta valida proponuntur, unum prius, alterum posterius, utrumque seruari præcipitur, vel si libi invicem repugnant prius secundum, non autem secundum primo praediudicat, cap. ea te, 22. cap. intellecto 33. infra hoc tit. lane in proposito utrumque iuramentum validum videtur, idque colligere ex textib. pro perjurio, &c. quod tunc propriè & verè committitur ubi iuramentum alias validum infringitur, deinde ex text. in cap. gravis 15. in cap. significavit 13. de censibus.

Propter quam difficultatem, aliasque in hoc propositum adduci solitas, fortasse Abb. b. n. 3. post Innoc. Imol. Felin. n. 9. & alij communiter, ut per Couar. in cap. quamvis p. 1. s. 6. n. 9. arbitrantur in rei veritate neutrum iuramentum esse licitor, neque ex eo iurantes suis priuari beneficis, quod alterum ex illis à parte rei si temerarium, sed solum ex eo, quia quod ad vulgi opinionem duo hæc contraria præstans iuramenta constituit se in perjurio putatio cuo duo coiftraria fuerit pollicitus, in quibus terminis fallax vulgi opinio defertur, in quam rem expendere videntur verba huius textib. quod vitare non possunt, & ibi, primo praediudicat, quod de cupiditate processit, si verba hac referantur ad patronos, qui ex cupiditate reddituum exigunt iuramentum, non verò ad ipsos iurantes. Verum huiusmodi communis intellectus implicat contradictionem quatenus concedit duo iuramenta apposita circa res libi invicem repugnantes simpliciter & absolute valida esse in rei veritate. Quare non diplacet hac in re sequi sententiam Couar. d. num. 9. ut scilicet quamvis prius iuramentum de soluenda maiori solito pensione absolute non valuerit, quatenus onus reale Ecclesiae impositum contra Concilium Lateranum, de quo hic secundum quod taliter obligationem produxit in solius iurantis praediudicium quoad vitam ipsius, atque ideo in eo sensu valuisse, necessariamque omnino esse illius absolutionem, quam Prælatus facile elargietur ob iniquam patronorum extorsionem: quia verò post praeditum huiusmodi iuramentum & ante impetratam illius absolutionem Clericus contrarium praeditum, se ipsum constituit in certo perjurio, siue enim seruet prius, siue posterius, manifesta est perjurij culpa, si prius ex eo quod violat posterius, si

Ccc 4. posterius

## 584 Collectanea Doct. in lib II. Decretal.

posterioris ex eo quod prius infringit, quod sanè in illo causa ante legitimam absolutionem fernare tenebatur & in hoc sensu verificantur verba illa, *pro perjurio*, quod vitare non possunt: ex quibus patet solutione ad obiectiones, quas supra contra textus conclusionem notant.

Difficilis reputatur ab aliquibus text. *in praesenti*, sed illius sensus planus erit si dicta in *vers. ceterum*, intelligas esse responsionem ad tacitam obiectionem & ita constitueri diversum casum à precedentium enim text. hic per superiora concluderet prius iuramentum esse illicitam, & per consequens clericos illos non esse per iuris ineptitudinem, licet extaret, poterant enim deponere erroneam conscientiam, & illa sine scrupulo secundum iuramentum fernare, ne putaretur ab aliquo ferentem contraria iuramenta in aliis causis non esse perjurium, & ita non esse illi imponendam poenam depositionis, subiectum text. *in fine vers. ceterum*, se non intendere in aliis causis perjurium non committi, & poenam depositionis non imponi, immo vero poenam depositionis esse imponendam, vbi duo iuramenta contraria fiantur, quando primum est validum, cum tunc sit ineptibile perjurium.

<sup>3</sup> *Et Lateranensis Concilij, &c.] Sub Alex. III. c. 7.*  
*§. probibemus, habetur in cap. probibemus, infra de censib.*

<sup>4</sup> *Perpetuò excludantur.]* Intelligi potest quoad possessionem, nam est verbam denotans priuationem ipso iure factam, ut per Rebuff. *de pacifice posse. n. 23 in fine, alias 260.* Contrarium tamen sequuntur communiter Doctores citati ad cap. querelam 10. n. 6. *cap. hoc tit.*

<sup>5</sup> In gloss. *Pro perjurio*, vlt. ibi, perjurium est transgressio iuramenti, &c. Vel, ut alij definunt, est mendacium iuramento firmatum, Magist. *in 3. dist. 39. Sylu. in summ. verbo, perjurium in princ. D. Thom. 2. 2. 2. 29<sup>8</sup> art. 1.* vbi ait falsitatem esse de intrinseca ratione perjurij, Sot. *de Iustit. lib. 8. q. 2. art. 1.* Conar. *in cap. quamvis pactum, de pacifice, lib. 6. p. 1. §. 6. n. 5.* Azeued. *in rub. tit. 17. à n. 10. lib. 8. noua recip.* Soar. *de Relig. tom. 2. trahit. 4. lib. 3. c. 2. n. 3.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 5. c. 4. num. 7.*

<sup>6</sup> In ead. gloss. ibi, & alia, que debent in iuramento intrinsece. Tres circunstantiae, seu comites in iuramento interuenient debent, ut iuramentum licitum, & honestum sit, scilicet veritas, iustitia, & indicium; necessarium enim est ad debitam reverentiam Dei, qui ut summa veritas, & iustitia summa adducitur in testem ut id, quod iurato primò sit verum, deinde iustum, & tandem necessarium, ne passim, aut leuiter, sed maturo iudicio, & prævia deliberatione iuretur, D. Thom. & ibi Caiet. 2. 2. 9. 89. art. 3. Angel. verbo, *iuramentum* c. §. 8. Sylvest. *ead. verbo*, 2. q. 5. Sot. *ad lib. 8. q. 1. art. 3.* Nauar. *in man. c. 12. n. 3.* Conar. *in d. cap. quamvis pactum, p. 1. §. 6. n. 4.* & alij quos refert & sequitur Sayr. *d. lib. 5. c. 4. n. 1. cum seqq.* Fr. Eman. *in summa p. 1. c. 191. n. 4. concl. 1.* Sanch. *in precepta Decalogi, lib. 3. c. 4. à 7. 1.* Camil. Borrel. *in summa omnium decisi. tit. 60. num. 30.*

<sup>7</sup> In ead. gloss. ibi, *Illud ex deliberatione, &c.* Adverte quod si quis iuret falsum, nulla exhibita diligentia ad sciendum, effictum falsum, an verum id, quod iuramento firmavit, quamvis putaret esse verum, peccavit mortaliter, si tamen per contrarium prævia exhibita diligentia, & exigente necessitate aliquid iuramento firmavit credens probabilitatem verum esse, quod à parte rei erat falsum, nullum peccatum contraxit, quia veritas, vel falsitas iuramenti non tam ex re iurata, quam ex conscientia, & mente iurantis atten-

ditur: si vero aliquam adhibuit diligentiam, non tam sufficientem, neque eam quam debuit adhibere, tunc veniale culpam commisit, colliges hæc ex Abb. *bis n. 4* Nauar. *in man. c. 12. n. 7. vers. sexto.* Angel. verbo, *perjurium*, §. 1. & aliis, quos refert, & sequitur Sayr. *d. cap. 4. n. 28.* Soar. *d. lib. 3. cap. 6. num. 3. cum seqq.* quem vide *in cap. 6. 7. & 8.* vbi agit quando confuetudo iurandi incaute constituere hominem in statu peccati.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopi de perjurio grauius quam alij sunt puniendi.*
- 2 *Clerici dicuntur magis peccare quam laici.*
- 3 *Delicta nonnquam dignitate augmentur, & n. 4.*
- 4 *Iurantes non loqui patrem, aut matrem sunt ab omnibus ab observanza talis iuramenti.*
- 5 *Maiores plus puniuntur quam minores, & nobiles quam ignobiles.*
- 6 *Pater non potest etiam iuramento filium priuare alimentis.*

### C A P. Cùm quidam. XII.

**F** Piscopius qui suum iuramentum transgreditur est grauius puniendus, quam alij ratione dignitatis, & scandali. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Butr. Anch. Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neno. Cened. collect. 6. 4. Cujac. Viniar. in rationali secundi libri iuris Ponif. pag. 218. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 292. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. refutatur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 17. cap. 11.

*Et tanto grauius vindicandum, &c.]* Notatur ad hoc hoc quod Clerici dicuntur magis peccare quam laici, & grauius sunt puniendi in eodem genere peccati, ut per Turrecum. *in cap. homo Christianus, num. 4.* & 5. *Art. 40.* Beroi. *in cap. quia in omnibus, n. 49. de vñris.* Carol. de Grassis de effectib. clericalib. *in prelud. n. 13.* cum seqq. Nam delicta nonnquam dignitate augmentur, ut per Tiraq. *de nobilit. c. 20. n. 116. cum seqq.* & *de paenit. temper. causa 31. à n. 9. & 17.* Perez. *l. 1. vers. corroboratur etiam, tit. 3. lib. 1.* Ordin. & l. 3. *in gloss. lib. 1. jodalgo morir, tit. 9. lib. 4. & l. 1. gloss. 1. tit. 1. lib. 8. eiusdem Ordin. Rojas sing. 158. & *de success. c. 26. num. 13.* Mandol. *in gloss. facultatum in proem. in verbo personarum acceptio, vers. quod hic dicitur, Lucifer. Inquis. verbo nobilit. ex n. 1. Alnar. Pelag. de planctu Ecclesie, lib. 2. c. 10. Anton. Scap. *de iure non scripto, lib. 5. c. 191.* Auleas ad c. 1. Prætor. *in gloss. de reclamante, n. 26.* Simanchi. *de cathol. inf. c. 10. ex n. 67.* Hojed. *de incompatibil. benef. p. 1. c. 2. n. 6. post princ. Maxi. in trah. ita panis concl. 6. ex n. 2. 1. Matiens. *in dial. relatoris p. 1. c. 37. n. 13.* & *in lib. 6. noua recip. tit. 17. l. 9. gl. 1. n. 1.* Iacob. Benni. *de priuileg. Iurecons. p. 2. priuile. 41.* Spin. *in pœnale testam. gl. 16. princ. à n. 7. 3.* plures refert Doctores Cened. ad Decret. collect. 6. 4. n. 1.***

*Et eorum exemplo, &c.]* Multa mala pronentia ex præto Prælatorum exemplo ex sacra Scriptura, & sanctis Patribus ostendit in meo tract. de offic. & pœnib. Episc. p. 1. tit. 2. gl. 3. n. 2. 1. cum multis seqq.

### §. Illi vero.

Probat hic §. eos qui iurarunt non loqui patrem aut matrem, aut fratres, nec eis humanitatis subsidia exhibere

exhibere, esse absoluendos ab obseruantia talis iuramenti; sed haec conclusio patitur difficultatem, quia hoc iuramentum est contra praeceptum Decalogi de honorandis parentibus, de quo in l. veluti, ff. iustit. & iure, ac subinde ut illicitem nullatenus debuit obligare, iuxta cap. quanta inf. hoc sit. cuius contrarium significat text, in presenti, cum absolutione illis exhibenda supponas vinculi obligationem, arg. l. decem, ff. de verbis obligat. cum similibus. Cui obiectio non satisfaciunt plures intellectus, quos Doctores praestant, prout non satisfacit ille gloss. per. in presenti, quam sequuntur Abb. Holtiens. Imol. & alij, quod scilicet in hoc text, fuit absolutio postulata ad cautelam. Nec etiam placet alius Couar. in cap. quavis pactum, de pastu, lib. 6. p. 2. in princ. n. 4. afferentis Pontificem in praesenti non dicere, vt quis si iurauit absoluatur ab obligatione iuramenti: id enim necessarium non erat, sed a peccato, quod sic iurando commiserat. Reiectis denique his, & aliis intellectibus Zabarell. Buttr. Felin. Alciat. & aliorum, quos refert Couar. d. num. 4. milii videtur potius dicendum cum Soart. tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. c. 1. n. 8. verbum absoluendi in hoc text, possum intelligendum esse, de absolutione declarativa nullitatis vinculi, non vero de absolutione vinculi dissoluti, quasi sit sensus taliter iurantes licet peccauerint iurando, declarando tamen esse, illos esse absoluatos ab obseruantia iuramenti, quia per illud nullum obligatorum vinculum est contractum, qui modus loquendi nouus non est in iure ut manifeste constat ex cap. audiunus 24. q. 1. vbi semel haec duo dicuntur (excommunicatus te excommunicare non posse) & paulo post (te tuosque absoluendo,) vbi manifestum est abolutionem, ut ibid. notavit gloss. verbo, absoluendos, text. opt. in cap. diligenti 17. de simon. vbi gloss. verbo, absoluimus. Vnde huiusmodi iuramentum nulla indigere relaxatione, sed posse iurantem propria auctoritate ei contravenire, tenet Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 9. n. 13.

6 In gloss. Dignitate, in fine, ibi, pecuniaria pena plus puniuntur maiores, quam minores, nobiles, quam ignorabiles, in pena corporali sapè puniuntur minores, & partitur maioribus. Vide Tiraq. de causis temper. causa 31. à princ. p. & precipiu. n. 27. de nobilit. cap. 20. n. 125. cum seq. Aules ad c. 1. Pratorum, n. 26. fol. 44. bene Couar. lib. 2. variar. c. 9. n. 3. Clat. lib. 5. §. fin. q. 60. n. 24. Perez l. 1. gloss. 1. pag. 66. col. 2. tit. 3. lib. 1. Ordin. & l. 6. gloss. 3. t. 1. lib. 4. & l. 1. fin. gloss. 6. tit. 1. lib. 8. Christoph. de Pace in scholis ad leges stylis, l. 43. n. 24. D. Barbol. in Lalia, §. eleganter, n. 28. ff. statuo marim.

Cum illicitem sit, &c.] Notatur ad Irc. 4 quod validum non est iuramentum monachi claustrorum abinantis contra propriam professionem; si enim iuramentum in his terminis obligaret, vinculum iniquitatis maneret, contra resoluta ad cap. si vero supra hoc sit. ita Innoc. Bald. Abb. num. 1. Felin. & omnes in presenti, & colligitur ex resolutis per D. Thom. 2. 2. quef. 8. 8. art. 8. Sot. lib. 7. 46. Insti. q. 6. art. 2. Nau. d. c. 11. n. 67. Inuit maximè quod monachus per propriam professionem se & sua Monasterio ita addicit, vt nec velle habeat, nec nolle, sed in actibus gerendis legitimè superioris arbitrio debeat ordinari, auct. ingressi, C. de sacra ord. Eccles. cap. ult. de success. ab intef. cap. si religiosus 17. de elect. lib. 6. cap. ult. de testamentis, eodem lib. Concil. Trident. s. 15. de Regularibus cap. 4. iunctis resolutis per Nauar. in cap. non dictatis, num. 8. 1. & in apologia quef. 1. moniu. 1. Mench. de success. creat. §. 21. num. 250. & de progressu §. 8. n. 2. Anton. Gomez. l. 6. 9. Tauri, num. 6. Et tandem, quia in omni iuramento subdit in dubio censetur exceptum in superioris, cui ille non potest in aliquo validè derogare, cap. venientes 19. doc. tit. cap. constitut. 19. vbi gloss. verbo iuramenta, de rescriptis, Couar. in cap. quavis p. 1. §. 3. num. 2. quia sane omnia à fortiori in monachis locum habeat ob maiorem subjectionem, & obedientiam, qua suis superioribus constringuntur. Planè cum sine ipsorum licentia nullum possit actum gerere, neque infuper eisdem præiudicium irrogare, fit consequens predictum iuramentum valere non posse, vt præcitat Doctores fatentur.

In gloss. Peritescat, ibi, quia pena unius debet esse & metus alterius. Vide Perez l. 2. gloss. 6. tit. 4. lib. 4. Ordin. Colle. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Buttr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Gnid. Papas. Martin. Vran. Alexand. de Nevo, Cujac. Viulan. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 218. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 293. remissiù Casal. in auctor. & Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decreval. lib. 2. tit. 16. cap. 3.

Iracundia calore succensus. &c.] Ergo iuramentum, seu votum calore iracundia præstatum non obligat, de quo vide Roman. sing. 508. Tiraq. de causis temper. causa 1. n. 2. 7. & 28. Duen. reg. 29. ampl. 1. Simoncel. de decretis, lib. 3. tit. 7. num. 178. Franc. Molin. de iuri nupt. lib. 1. comp. 30. num. 4. & 5. Farin. in præxi crimin. part. 3. quef. 9. 2. num. 24. & 41. Sanch. de Matrim. lib. 1. dis. 8. n. 4. prop. fin. Aloys. Ricc. in præxi fori Eccles. dec. 6. 3. 4. num. 3. in 1. edit. & reolut. 573. in 2. edit. Beja respons. moral. part. 4. causa 9. Sayt. in clavi Regia, lib. 5. c. 6. n. 4.

Ex quorum mente distinguendum daxi inter iracundia calorem, seu alium repentinum ita motum, qui usque adeò vehemens fuit, ut alienationem mentis induceret, & inter illum, ex quo non ita mentis alienatio secula est; primo casu neque iuramentum, nec alius actus obligationem inducere potuit. Secundò vero si materia, vel alius non repugnat, iuramentum uult, & obsernari debet; ratio differentiatione est, quia sine consensu obligatio non contrahitur, l. 1. §. conuentis, in fine, ff. de patris, l. 2. in princip. ff. de action. & obligat. cap. cum voluntate, de sentent. excom. que stante, quamvis non ita absoluto, non inconvenit si iuramentum, & actus similes suam producant obligationem.

Quod licet abjurare non posuit.] Notatur ad Irc. 4 quod validum non est iuramentum monachi claustrorum abinantis contra propriam professionem; si enim iuramentum in his terminis obligaret, vinculum iniquitatis maneret, contra resoluta ad cap. si vero supra hoc sit. ita Innoc. Bald. Abb. num. 1. Felin. & omnes in presenti, & colligitur ex resolutis per D. Thom. 2. 2. quef. 8. 8. art. 8. Sot. lib. 7. 46. Insti. q. 6. art. 2. Nau. d. c. 11. n. 67. Inuit maximè quod monachus per propriam professionem se & sua Monasterio ita addicit, vt nec velle habeat, nec nolle, sed in actibus gerendis legitimè superioris arbitrio debeat ordinari, auct. ingressi, C. de sacra ord. Eccles. cap. ult. de success. ab intef. cap. si religiosus 17. de elect. lib. 6. cap. ult. de testamentis, eodem lib. Concil. Trident. s. 15. de Regularibus cap. 4. iunctis resolutis per Nauar. in cap. non dictatis, num. 8. 1. & in apologia quef. 1. moniu. 1. Mench. de success. creat. §. 21. num. 250. & de progressu §. 8. n. 2. Anton. Gomez. l. 6. 9. Tauri, num. 6. Et tandem, quia in omni iuramento subdit in dubio censetur exceptum in superioris, cui ille non potest in aliquo validè derogare, cap. venientes 19. doc. tit. cap. constitut. 19. vbi gloss. verbo iuramenta, de rescriptis, Couar. in cap. quavis p. 1. §. 3. num. 2. quia sane omnia à fortiori in monachis locum habeat ob maiorem subjectionem, & obedientiam, qua suis superioribus constringuntur. Planè cum sine ipsorum licentia nullum possit actum gerere, neque infuper eisdem præiudicium irrogare, fit consequens predictum iuramentum valere non posse, vt præcitat Doctores fatentur.

In gloss. Peritescat, ibi, quia pena unius debet esse & metus alterius. Vide Perez l. 2. gloss. 6. tit. 4. lib. 4. Ordin.

#### S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum monachi claustrorum abjurantis non vallet, & n. 4.
- 2 Iuramentum, seu votum calore iracundie præstatum non obligat, distinguuntur tamen, n. 3.
- 3 Penna unius debet esse metus alterius.

#### C A P . Sicut nos. XIII.

Iuramentum monachi non remanendi in claustro vltoriis cum uno alio monacho, non tener, in quo

# 586 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

De citatos per me intrat. Axiom. iuris usus freq. Axiom.  
68.n.5 pag.44.

## S V M M A R I V M .

- 3 *Vassallus qui iuravit Prelato, successoribus iurare non cogitur.*
- 2 *Veritas non requirit verborum prolixitatem, & admicula, sed simplicitatem.*
- 3 *Veritas est basis arquae fundatum iustitiae, res solidissima, & murus inexpugnabilis, & sapientia examinata magis elucescit.*
- 4 *Vassallus, qui semel iuramentum fidelitatis domino suo prestitum, ad repetendum idem iuramentum, nequam est cogendus, sed qui respectu successoris, vide num. 5.*
- 6 *Heredes vassalli, qui in sua vita iuravit, tenentur domino fidelitatem iurare.*
- 7 *Iuramentum personale est, & non transit ad heredes quoad perjurium.*
- 8 *Heredes iurantis non tenentur sub pena perjurii ad obseruantiam contractus ratione iuramenti.*
- 9 *Iuramenti ratione non tenetur dominus adimplere illud, quod eius procurator, seu numerus, nomine ipsius, absque tamen mandato speciali, dare, aut facere promiserunt.*
- 10 *Obligare se alicui, & successoribus suis sub pena perjurii cur possit quis, non autem obligare se, & successores suos, ostenduntur.*

## C A P . Veritatis. X I V .

### Clem. III.

**V**AFFALLUS quando iuravit fidelitatem suo superiori, v.g. Papæ, eius filij tenentur fernare eandem fidilitatem; sed non iterum iurare successoribus Papæ, vel heredibus superiorum. Colligunt ex Ordinarij. Abb. antiqu. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Butr. Anch. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neno, Cujac. Cened. collect. 119. Vitian. in rationali secundi libri iuris Pontific. pag. 219. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 293. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 16. c. 5.

**V**eritatis amica simplicitas.] Hinc collige veritatem non requirere verborum prolixitatem, & admicula, sed simplicitatem, Roland. conf. 39. n. 1. vol. 1. & conf. 8. n. 1. & conf. 40. n. 10. vol. 2. Neuizan. in sylva mpt. lib. 1. n. 3. Cened. ad Decretal. collect. 119. n. 1. nam veritas & rei substantia plus valet, quam ludibrium verborum. Garc. Gironda de privilegiis, seu exemplorum explicat. n. 8. 45. Est enim basis, atque fundatum iustitiae, qua virtus nulla praecellior. Bald. conf. 3. 43. col. pen. lib. 1. plures refert Aloys. Ric. in praxi rerum. fori Ecclesiast. cap. 2. 44. n. 6. in 2. edit. & dicitur mater iustitiae. Gig. conf. 2. ex n. 6. Roland. conf. 47. n. 11. & conf. 88. n. 2. vol. 3. Joan. Segura Dauilos in direct. indic. Eccles. p. 1. in initio ex n. 3. Res solidissima, & murus inexpugnabilis. Affl. de cts. 2. 35. n. 7. Roland. conf. 5. n. 19. & conf. 33. n. 41. lib. 4. quæ nulla hominum denominatio mutatur. Guttier. practic. lib. 3. q. 84. n. 2. imo sapientia examinata magis elucescit. Alexand. conf. 51. n. 2. vol. 4. Roland. d. conf. 80. in princip. vol. 1. & conf. 100. num. 1. 28. volum. 4. & conf. 66. num. 1. vol. 1. & conf. 123. num. 1. & conf. 24. num. 1. & conf. 50. num. 1. vol. 3. Grauct. conf. 135. num. 18. Flamin. de resignat. benefic.

lib. 1. quest. 11. num. 3. Hier. Giach. in conf. Syndicatus, num. 265. cum seqq. Fr. Didac. Morillo e la fundacion milagrosa de la Capilla Angelica de Pilar. cap. 5. in princ. Bobadil. in sua politica, lib. 1. cap. 10. num. 1. plutes per Cened. d. collect. 119. n. 2. Ideo super omnia est amanda, & sequenda. Flamin. de confident. benef. quest. 6. num. 13. & quest. 46. n. 61. eamque ante oculos habere debent indices, l. quod si Epheſi, ff. de eo quod circa loco. Socin. iun. conf. 3. n. 17. vol. 3. Roland. conf. 3. num. 21. cum seqq. & conf. 200. num. 1. 28. volum. 4. Carol. Bardel. conf. 36. n. 26. quia amicus Socrates, sed magis amica veritas. Prob. in addit. ad Monach. in cap. nemo deinceps, num. 77. cum seq. de elect. lib. 6. Menoch. conf. 112. num. 17.

Respondemus ut heredes, &c.] Probat hic text. val. 4 fallum, qui semel iuramentum fidelitatis domino suo prestitum, ad repetendum idem iuramentum nequam est cogendum; ratio est, quia iuramentum nemini est differendum, nisi data necessitate, nec ille est appetendum, nec tanquam rem utilem frequentandum, & quando semel rite iuratum est, nullatur datum necessitas ad id iuramentum repetendum, immo otiosum omnino eo casu censeri debet, ex reg. l. qui bis 18. ff. de verb. oblig. cum aliis, de quibus Anton. Gom. var. tom. 1. cap. 12. num. 38. Non obstat Extrang. cùm in Ecclesiis, de maiorit. vbi Canonici Regulares cognitum ad renouandum idem obedientia iuramentum, quod iam antea præstiterant, quia respondet h. Card. opposit. 6. text. illum specialiter procedere in illis Canonicis, qui propter inobedientiam fuerunt excommunicati, quibus posterius iuramentum licet defetur, quando eis ab excommunicatione absolutionis beneficium impenditur. Nec etiam obstat Auth. de instrumentorum cautela, §. in his, collat. 5. quia respondet ideo ibi iuramentum repeti à notario, quia imminebat dubium circa fidem instrumenti, ac subinde non otiosum, sed necessarium erat; vt optimè aduertit Panorm. in cap. præterea, n. 1. vbi Felin. n. 6. de testibus cogendis. Nec denique obstat Concil. Trid. sess. 25 de reform. c. 2. vbi statuit quod Magistri Vniversitatim in initio cuiuslibet anni solemniter iuramentum adstringant, quod docebunt secundum decreta eiusdem Concilij, quia responderetur prædictam iuramenti renouationem in Magistris inutilem non esse, quin potius admodum necessarium ad restringandam illorum memoriam, ne in residens prædictis decrētis sint negligentes, & non solū in illo casu, imo & in omnibus in quibus repetitio iuramenti aliquam præferat uilitatem, potest iterum iurari, cùm iam tunc dicatur causa, & sufficiens necessitas ad iurandum.

Amplia supradictam huius text. conclusionem procedere etiam respectu successoris, quamvis enim ipse dominus, cui vassallus iuramentum fidelitatis præstituit, sit defunctus, successori illius cogendas erit iurare, circa quam ampliationem casus sunt distinguendi. Primus est quando iuratur sub hac forma, Ego iuro fidelitatem tibi N. & successoribus tuis, iuxta cap. Ego N. sup. hoc ist. quo quidem casu nulla est controversia inter Doctores, vt constat ex traditis per Couar. in cap. quoniam partum. 1. §. 5. nnn. 4. & 5. Sayr. in clavi Regia, lib. 5. cap. 6. num. 1. 5. Sayr. tom. 2. de Relig. tral. de iuram. lib. 2. cap. 31. n. 1. Fillius. tom. 2. tral. 23. cap. 8. num. 22. 5. Secundus casus est quando alicui sub nomine appellativo dignitatis iuramentum fit, licet nulla sit mentio successorum censebitur enim iuramentum factum etiam quoad successores in illa dignitate, quæ non variante ex varietate personarum, arg. cap. quoniam, vbi Abb. sup. de officio deleg. cap. requisiti, vbi latè Couar. de testam.

*testam cum similibus*, ita Sayr. d. num. 19. vbi etiam al-  
serit quod in dubio an actus aliquis personae, vel di-  
gnitati tribuendus sit, ex coniecturis deprehenditur.  
Tertius casus est quando iuramentum fidelitatis à va-  
salllo praestitum fuit non sub nomine appellativo di-  
gnitatis, sed expreso nomine proprio, absque villa  
successorum mentione, in quo casu etiam ad succe-  
sores transire probat text. *in praesenti, ibi, nobis, vel ali-  
cui successorum, &c.* nam iuramentum seu promissio  
facta alicui expreso nomine proprio in re tantum  
ad dignitatem pertinentem, ad successorem dignitatis  
transit, vt optimè comprobatur Couar. *in d.c. quamvis,*  
*part. 1. §. 5. num. 5. vers. tertio*, vnde cùm iuramentum  
fidelitatis veretur circa rem ad dignitatem pertinen-  
tem, vt patet, rectè fit prædictum iuramentum, seu  
promissionem ad successorem transire, iuxta text. *in  
praesenti*, quem sic interpretatur Couar. d. §. 1. num. 4.  
& 5. & *in d.c. cap. requisiti*, num. 2. reprobata sententia  
gloss. 2. *in cap.* Ego N. sup. hoc tit. Non obstat text. *in*  
*c. 1. §. præterea, de prohibita Feudi alien. per Federic.* quia  
non agit de vasalllo, qui semel à domino inuenitus  
illo defuncto teneat nouam ab eius successore pe-  
tere inuenitum, sed agere de vasalllo nouo, qui in-  
tra certum tempus inibi præsumit teneatur à domi-  
no petere inuenitum, quicquid existimet Couar.  
d. §. 5. vers. sexto.

6 Limita principalem conclusionem in hæreditibus  
vasallali, qui in sua vita iurauit, hì namque non ob-  
stante ipsius iuramento iurare tenetur domino fide-  
litatem, vt per Alciat. *in cap. cùm contingat*, num. 120.  
& ibi Imol. num. 18. *infra hoc tit.* D. Thom. & ibi  
Caiet. 2. 2. quest. 89. art. 2. ad 4. Sayr. d. lib. 5. cap. 6.  
num. 18. Sot. lib. 8. *de Iustitia*. quest. 2. art. 2. ad 4. D.  
Antonin. parr. 2. it. 10. cap. 6. § 3. cau. 10. Couar. d. §. 5.  
num. 4.

7 Allegatur communiter text. hic ad hoc quod iu-  
ramentum personale est, & ideo non transit ad hæ-  
redes quoad periurium, vide Couar. *in d.c. quamvis  
paclum*, p. 1. §. 5. n. 4 & p. 2. §. 1. n. 7. Anton. Gom. var.  
tom. 2. c. 14. n. 19. Perez. 1. 3. per text. ibi, gloss. 1. *in princ.*  
tit. 10. lib. 6. Ordin. & l. 1. gloss. 1. pag. 185. *in prædicto* tit. 6.  
lib. 8. *eiudem Ordin. Viu.* Neapol. dec. 72. n. 9. Menoch.  
conf. 24. n. 1 & 2. & conf. 609. n. 8. Azeued. *ad Curiam  
Pisanam*, lib. 3. c. 3. n. 4. & l. 1. à n. 4. tit. 17. lib. 8. *zona  
Cened.* d. collect. 116. n. 3. Guttier. *in auct. Sacra-  
menta puberum*, C. si aduersus vendit. à n. 5. Seraphin.  
de priuilegiis iuramentis, priuileg. 68. n. 3. & priuileg. 74. n. 141.  
Cavalcam. *de 9. ex. n. 12.* Mandof. *in prædicto tit. de monitor.*  
q. 24. ex. 2. Ioseph. Lud. Perus. *decis. 1. ex. n. 12.* Ioan.  
Garc. reg. 27. Scibalt. Medic. *in tract. mors omnia soluit*,  
p. 3. n. 74. Matiens. l. 3. gloss. 13. n. 10. tit. 10. lib. 5. noue  
recop. Anton. Gabr. *commun. tit. de iure iurando* 6. Sanch.  
*in præcepta Decalogi*, lib. 3. c. 13. à n. 1. & lib. 5. c. 15. n. 26.  
Camil. Borrel. *in summa omnium decis.* tit. 60. num. 129.  
Surd. conf. 165. n. 44. & conf. 194. n. 22. & conf. 399. n. 18.  
& decis. 148. à n. 5. Azor. *inst. moral.* p. 1. lib. 11. c. 15.  
col. mibi 1111. Lar. in l. si quis à liberis, & parens, à  
n. 119. ff. *de liberis agnosc.* D. Barbo. *in l. proponetur*,  
n. 34. ff. *de iure*. Bernard. Græua. *ad praktic.* Camera Imper.  
lib. 1. con. l. 27. Sayr. d. lib. 5. c. 6. n. 18. Soar. d. lib. 2.  
c. 31. n. 14. Garc. Gironda *de priuilegiis*, seu exem-  
ptionum explicat. n. 155. 2. vbi adiurit quod licet iura-  
mentum non transeat ad hæredes quoad periurium,  
transit tamen in quantum attinet ad contractum, in  
quo iuramentum ponitur tam actione, quam passione,  
& quoad obseruantiam illius, quod defunctus iura-  
uit ut ipsius anima non laedatur, & ideo n. 155. 4. re-  
soluit quod si plures de populo aliquid adimplere iu-  
raverint, licet nullus eorum viuat, successores obli-  
gantur ad obseruantiam contractus iurati.

Vnde infertur hæredes mulieris iurantis non con-  
trauenire alienationi rerum dotalium, iuxta cap. *cum  
contingat, infra hoc tit.* vel filiae renuntiantis heredita-  
tem paternam, iuxta d. cap. *quamvis paclum, de paclis,*  
lib. 6. non teneri ad obseruantiam contractus, cui  
iuramentum fuit adiectionis, quia obligatio ex illo de-  
scendens ad vitandum periurium extinguitur morte  
iurantis, ita in specie contra alios obseruant Imol.  
Alciat. & alij, quos refert Couar. *in d. cap. quamvis pa-  
clum, part. 2. §. 1. num. 7. vers. secundo*, Kirchou. tom. 2.  
*communium opinionum*, lib. 6. it. 20. numer. 34. pag. 134.  
vbi Viuan. num. 44. pag. 138. Anton. Gom. l. 22.  
Tauri. num. 10. Xuar. *in l. quoniam super declar. leg. Re-  
gni limit. 4. n. 5. & ampl. 10. num. 54.* Infertur etiam ex  
dictis dominum non teneri ratione iuramenti ad-  
mplere illud, quod eius procurator, aut nuntius no-  
mine ipsius iuramento dare, aut facere promise-  
runt, absque ipsius domini mandato speciali; cùm  
enim iuramentum sit actio personalis, & in eo tra-  
ctetur de obligatione, & vinculo spirituali, confe-  
quens fit dominum absque sua propria, & speciali  
voluntate non posse iuramenti obligationem contra-  
here, argum. *cap. unic.* 30. q. 2. Ita Couar. d. §. 6. num. 8.  
Caiet. 2. 2. p. 98. art. 2. ad 4. Sayr. d. lib. 5. c. 6. n. 25. Soar.  
d. lib. 2. c. 31. n. 6.

Si vero ad perfectam resolutionem eorum, qua  
dicta sunt, quares cur possit aliquis se obligare  
alicui, & successoribus illius sub pena periurij,  
non autem obligare se, & successores suos, respon-  
debitur quod in primo casu plures illæ personæ sunt  
obiectionum iuramenti, & potest iurans intendere to-  
tum illud obiectum, agitur enim solum de obliga-  
tione propria iurantis, quam quis facere potest  
propter voluntari. In secundo autem casu distinctæ  
personæ, & iuramentum natura sua non potest  
obligare nisi personam iurantem, & ita cùm agatur  
de obligatione aliena quam quis non potest facere,  
iuxta reg. *l. id quod nostrum 11. ff. de regul. iur. merito*  
*iuramentum alias personas non obligat.* Ita Sayr. d.  
lib. 5. cap. 6. num. 20. Soar. d. c. 1. n. 16. Adde quod si  
aliquis iurat fidelitatem Praelato suo, vel Petro do-  
mino, si dominium, vel prælationem Petrus amittat,  
non debet alter illi fidelitatem praestare, iuxta cap.  
venerabilis 34. *in fine*, vbi gloss. Abb. & alij, *de eicit.*  
Soar. d. num. 16. ratio est, quia vnuſquisque intelli-  
git iurasse illi, vt Praelato, vel domino, non autem  
vt Petro.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Absolere solet Ecclesia à iuramento per metum ex-  
tortio, & eius transgressores ut peccantes mortaliter  
non puniuntur.*
- 2 *Episcopus potest relaxare iuramentum quando versa-  
tur turpitudine ex parte creditoris recipiens.*
- 3 *Iuramentum metu extortum obligat tantum ad cul-  
pam veniale, in materia vero gravi ad culpam  
mortalem.*
- 4 *Declaratur text. in praesenti, & n. 5.*

## C A P. Verum. X V.

## Cœlest. III.

**A**bsoluendi sunt à iuramento qui inuiti, vel me-  
tu pro vita, vel rebus seruandis iurant, alioquin  
tenentur illud fernare si possunt sine interitu animæ,  
si vero non seruent, non sunt puniendi tanquam de-  
mortali.

mortalis crimen. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania. Host. Anch. Butt. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neno. Cujac. Viuiān. in rationali secundi libri iuris Pontific. pag. 219. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 293. remissiū Ximen. in concord. part. 1. & 2. referunt ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 16. cap. 6.

**2.** Qui tales à iuramenti nexib[us] absoluuntur.] Adverte Episcopum posse relaxare iuramentum quando ver- satur turpitudine ex parte creditoris recipientis; nec contra facit t. xt. in presenti, quatenus habet huiusmodi iuramentum solere à Summis Pont. relaxari. Quia respondetur Pontificem h[ic] narrare factum, non tamen quasi ea potestas summo Pont. tantum conueniat, vide Henric. in summ. lib. 7. de iuris gent. c. 3. n. 6. in commento lit. Q. Molin. de iust. tractat. 2. dispu. 149. bene Sanch. de marimon. lib. 2. disp. 32. num. 15.

**3.** Non ob hoc sunt tanquam pro mort. culpa puniendi.] Ergo iuramentum metu extortum obligat tantum ad culpam venialem, proinde, qui illud infringit, venialem, & non mortalem culpam committere tenent Ioan. Andr. & Host. invenienti Angel. in summ. verbo iuramentum 5. num. 10. D. Antonin. part. 2. tit. 10. cap. 6. & 5. Seltu. de iuram. tit. 3. quest. 1. n. 15. Ratio est, quia si infringens prædictum iuramentum non solùm venialem, sed mortalem culpam contraheret, vtique tanquam pro mortali puniendus esset, iuxta delicti namque mensuram futurus est plagarum modus. & non offeramus, 149. i. iunctis traditis per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. n. 38. & Menoch. il. usq. c. 8. n. 51. & 124. n. 17. Verum necessario cum communis dicendum mihi est violantem iuramentum per metum extortum, si materia gravis sit, peccatum mortale committerem, ut melius docent Abb. in cap. se vero, n. 10 hoc iur. vbi etiam Imola n. 6. D. Thom. 2. quest. 89. art. 3. vbi Caiet. art. 7. in resp. ad 1. Sot. lib. 8. de Iustit. q. 1. art. 7. vers. in dubium autem, Sylueft. verbo iuramentum 4. quest. 5. Cou. de sponsal. p. 1. cap. 3. & 5. num. 3. Fortun. Garc. de vitimo fine, illat. 22. n. 479. Soar. de Relig. tom. 2. tract. de iuram. lib. 3. cap. 16. num. 18. Valent. 2. 2. dispu. 6. quest. 7. paneth. 4. col. 6. ver. respondeo questionem hanc, Seraph. de priuileg. iuram. priuul. 119. n. 16. Sayt. in clau Regia, lib. 5. cap. 7. n. 16. Sanch. in precepta Decalogi tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 18.

**4.** Cui quidem sententiæ non obstat text. in presenti, in citatis verbis, quia multipliciter responderi potest, & primo text. illum non negare violanti iuramentum per metum extortum imponendam esse peccatum velut pro peccato mortali, sed etiam pro crimen, quod quidem longè diuersum est, illud namque licet aliquando accipiat pro quoquaque peccato mort. vt in c. vnum orarium, vers. criminis, 25. distin. aliquid tamen strictè, & magis propriè sumitur prout importat prauè aliquod, seu magnum peccatum accusatione, & damnatione dignissimum, iuxta cap. Apostolus 8. 1. distin. gl. 1. in reg. peccatum, de regulis iuris lib. 6. Abb. in c. testimonium, n. 3. de testibus. Bero. in c. 1. n. 24. de accusat. & ita iuxta hunc posteriorem sententiam potest accipi verbum, crimen, in presenti, quasi dicat text. quamvis violantes iuramentum metu extortum in materia gravi peccatum mortale incurvant, nihilominus non sunt tanquam pro peccato, vel scilicet magno damnatione, & accusatione dignissimo puniendi, idque propter circumstantiam metus, qui licet non tollat, attenuat tamen culpam, c. sacr. de his, que vi metu se causa sunt.

Secundū etiam responderi potest cum D. Thom. 5 d. art. 3. ad 1. Sot. d. art. 7. Conar. d. n. 3. & Sanch. d. n. 18. vt scilicet verba huius text. suprà relata significent violantibus iuramentum per metum extortum etiam in materia gravi minorem peccatum esse infligendam propter circumstantiam metus, quamvis in rei veritate grauitate peccent, & sic dicendum est metum in specie huius text. culpam transgressionis efficer leviorem non tamen exinde sequitur venialem solam, non verò mortalem culpam contrahi, quamvis libenter fateamur leuius peccatum mortale refutare stante circa statua metus, illa namque deficiente longe grauus esset. Nec item obstat quod huiusmodi iuramentum adimplere sit parum vtile metum inferenti cum possit ab illo pecunia, vel aliud simile repetere, imo ille omne, quod sic accepit restituere, iuxta cap. 2. de b[ea]t. na. 21, quia respondetur h[oc] omnia accidentaria esse, & actum ipsum per se spectandum fore, ac per consequens si quantitas promissa sit consideratione digna, & ita fuerit grauis materia iuramenti, obligabit sub preccato mortali, idem in specie cap. d. b[ea]t. b[ea]t. t. relendum est, vt scilicet debitor v[er]s[us]arum, si proponatur quantitas consideratione digna, tenetur sub mortali peccato v[er]s[us]a solute, quamvis easdem solutas possit repete[re], vt bene ad hoc propositum comprobat Soar. d. lib. 3. c. 16. n. 21. 19.

## S V M M A R I V M.

1. Iuramentum si sit contrarium alteri iuramento licet non est seruandum.
2. Inimicitia capitalis oritur ex iniuria verbali.
3. Obedientiam alicui iurans non censetur se obligare ad res illicitas, quas ille præcipert.
4. Iuramentum nunquam trahitur ad non cogitata.
5. Iuri superiori derogari non potest per iuramenta inferioria.

## C A P. Veniens. XVI.

## Innoc. III.

Iuramentum si sit contrarium alteri iuramento licet facto non est seruandum, vt qui iurat stare mandato alicuius, v. g. pro componenda pace, & ille mandat aliquid quod sic contra obligationem, vel aliud iuramentum factum, non teneret, quia tunc etiam si præcius sit, non iurasset. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabat. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Henric. Boich. Butt. Host. Martin. Vran. Anch. Felin. Guid. Papæ. Alex. de Neno. Cujac. Viuiān. in rationali secundi libri iuris Pontific. pag. 220. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 293. remissiū Cafal. n. annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 15. c. 1.

Alternativam connivencia inferendo, &c.] Notatur ad hoc quod ex iniuria verbali oritur inimicitia capitalis, vt per Perez l. 27. gl. off. 1. pag. 38. 1. colum 1. post med. tit. 19. lib. 8. Ordinam. Quæ autem dicantur amicitiae capitales, & ex quibus causis oriuntur, dixi latè de officio, & potestate Episcopi, part. 3. aleg. 4. n. 10. cum segg.

Vestro iurare obediens mandato.] Noramus ad hoc quod iurans alteri obedientiam, aut se illius arbitrio partiturum irecruirando promittens, non censetur obligare se ad res illicitas, quas ille præcipert, vt per Soar.

# De Iureiurando, Tit. XIV. 589

Soar. tom. 2. de Relig. tract. de iuram. lib. 2. c. 11. n. 3. & c. 17. n. 11. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. 8. n. 34. ver. teria.

4 Nequaquam taliter iurasset, &c.] Ergo iuramentum nunquam trahitur ad non cognita, ut per Tiraq. in l. si unquam, in princ. n. 166. & n. 170. C. de renocatis donat. Cald. Pereira in fine, tract. de potestate eligendi, in resp. pro D. Roderico de Sylva, in fine, Macard. de probat. concl. 12. 64. n. 18. Surd. decis. 288. n. 11. Gutier. de tutelis, & curis, p. 1. c. 71. n. 6. & præl. lib. 3. q. 43. n. 38. Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. q. 13. n. 46. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 5. n. 28.

5 Ipsum auctoritate nostra, &c.] Notatur ad hoc quod per iuramentum inferiorum non potest iuri superioris derogari, ut per Sanch. de mat. lib. 8. d. 17. n. 3. ubi ita intelligit, ut non integrum sit superioribus ex iusta causa dispensare, at potest derogari ad hanc sensum, ut ea non subiiciantur eorum liberae potestari, & ideo conditio subintellecta in his iuramentis, & votis est, nisi superior iusta causa existente dispensauerit.

## S V M M A R I V M .

- 1 Perjurus est qui iurauit Ecclesiam defendere, & requiebus sine iusta causa recusat, nec eum defendet appellatio.
- 2 Adiutorius incidit in perjurium cum non defendit Ecclesiam, quam suo iuramento defendere promisit.
- 3 Reputare quis excusatur propter inopiam, & paupertatem.
- 4 Dotis promissio facta medio iuramento onus interpellandi remittit.
- 5 Difficultas excusat à perjurio.
- 6 Perjurium non committitur absque dolo.
- 7 Difficultas non excusat à pena, vel obligatione conventionali.

## C A P. Breui. XVII.

Q Vi iurauit defendere, & seruare iura Ecclesias, & necessitate imminente, requisitus ut seruer, appellat, cum re vera posset defendere, est perjurus, non obstante appellatione. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Henric. Boich. Bald. Butr. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neu, Cujac. Viian. in rationali secundu*m* libri iuris Pontific. pag. 220. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 294. remissiu*m* Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 15. c. 2.

2 Qui iura alienus Ecclesias, &c.] Notatur ad hoc quod Adiutorius incidit in perjurio, cum non defendit Ecclesiam, quam suo iuramento defendere promisit, ut per Menoch. de arbitr. casu 49. 4. Bernard. Graue. ad præl. Canter. Imper. lib. 2. concl. 54. in confid.

3 Si necessitate imminente, &c.] Notatur ad hoc quod propter inopiam, & paupertatem excusatur quis à restitutione, ut per Couat. in reg. peccatum de regulis iuris in 6. in princ. 11.

4 Reputatus. ] Notatur ad hoc quod promissio dotis facta medio iuramento onus interpellandi remittit, ut per Cou. lib. 3. var. c. 17. n. 4. post. princ. Fatin. Rota. decis. 25. 2. n. 6. in 1. collect. nonissimorum.

5 Nisi difficultas existat. ] Notatur ad hoc quod difficultas excusat à perjurio, ut per Clar. lib. 5. §. perjurium, n. 10. Marant. d. 7. n. 10. Cou. in cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6. p. 2. §. 5. n. 3. Burg. de Pace conf. 7. n. 9. Sayr. in clavi Regia, lib. 5. c. 7. n. 8. P. Soar. tom. 1. tract. de iuram. c. 34. n. 4.

Tom. I.

In gloss. *Difficultas* Notatur ad hoc quod per iurium non committitur absque dolo, ut per Perez L. 1. gloss. 1. pag. 187. col. 1. ver. 6. & præterea, ist. 6. lib. 8. Ord. Azened. l. 1. a. n. 87. tit. 17. l. 8. noua recop. Clar. §. perjurium, ver. excusari 9. Galgan. de iure publico, lib. 2. tit. 35. n. 13.

In ead. gloss. ibi, licet non excusat à pena conventionali. Notatur ad hoc quod difficultas non excusat à pena, vel obligatione conventionali, ut per Tiraq. de retract. tit. 2. gloss. 2. n. 57.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iurans scienter illicitum non indiget absolutione sed tenetur illud non seruare. Si vero iurauit ignoranter, debet illud seruare si aliquo licito modo est seruabile: si autem iurauit licitum quod putabat illicitum, debet seruare iuramentum. sed de animo depravato aget paenitentiam.
- 2 Petrus XI. Reg. Aragonia regnauit anno Domini 1203.
- 3 Princeps absque populi assensu, vel sine iusta causa monetam non potest mutare.
- 4 Monetam sciens esse mutandam si mutuet, vel det illam ante legem, an teneatur ad restitutionem, remissiu*m*.
- 5 Moneta ut sit proba, & legitima, tria continere debet, materialm publicam, formam, & legitimam pondus.
- 6 Moneta valor iuxta quod tempus considerandus sit, contractus ne an solutio*n*is & remissio*n*is.
- 7 Princeps tenetur omnino monetam cudere ea lege, & valor iuxta pondus ei constitutus.
- 8 Testis iusta credulitate falsum dicens excusat à falso, & perjurio.
- 9 Maleficium promisit, vel pecuniam, aut rem ut si non valet talis promissio, nec firmatur iuramento.
- 10 Monetam Principis falsans exuritur.
- 11 Absoluere potest quemlibet Papa à iuramento ex iusta causa.

## C A P. Quânto. XVIII.

Q Vi scienter iurat rem illicitam peccat, & iuramentum non tenet, quia non debet esse vinculum iniquitatis: qui putans rem esse licitam, iurat, debet seruare iuramentum in eo, in quo licite seruari potest, quia fuit licitum, ideo est seruandum; si vero non putans illicitam iurauit, & est res licita, paeniteat de peccato, & seruare iuramentum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Anch. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ. Martin. Vran. Alex. de Neu, Cujac. Viian. in ration. 2. libri iuris Pontific. pag. 221. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 294. remissiu*m* Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 15. cap. 4.

In supercript. ibi, Illustr. Regi Aragonia. Hic fuit

Petrus XI. qui regnauit anno Domini 1203. vide Va-

suum cap. 18. annalium Hispanie, & Tarra. lib. 1. de

Regibus Hispanie.

Patris tui seruare monetam. ] Ergo de regalibus est formare monetas, illaque cudere, approbare, & reprobare, Franc. Curt. de monet. c. 1. Martin. Lauden. eod. tract. lib. 1. num. 1. Fabian. de Monte de empt. q. 5. in princ. Franc. Marc. decis. 86. volum. 1. & decis. 6. 1. 4. & decis. 6. 4. vol. 2. Peregr. de iure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 25. Mastril. de magistrat. lib. 5. c. 1. n. 139. Camil. Borel. de præstabilitate Regis Carbol. cap. 12.

Irrequisito assensu populi. ] Ergo Princeps absque populi assensu, vel sine iusta causa monetam non potest

D d d mutare,

## 590 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

mutare, vide Cou. de veterum numismat. collat. c. 7. n. 6. Peguer. decif. 4. num. 11. Menoch. de arbitr. casu 316. num. 47. Petr. Gregor. syntag. iuris, lib. 36. tit. 2. n. 26. Felician. de censib. tom. 2. lib. 4. cap. viii. num. 17. cum seqq. Viuian. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 19. num. 5. Cabed. p. 2. decif. 45. Aloys. Ricc. in collect. decif. pars. 4. collect. 1222. Garc. Gironda de priuilegiorum, seu exempt. ptionum explicat. n. 1090. An sciens monetam esse mutandam si soluat, mutuet, vel det illam ante legem, teneatur ad restitutionem? vide Affl. decif. 199. n. 9. Pinel. l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 2. n. 22. Anton. Gom. tom. 2. var. c. 2. n. 32. in fine. Menoch. de arbitr. casu 185. n. 20. & 21. Mex. in tract. tafle panis. concl. 6. 6. Sayr. in clavi. Regia, lib. 3. c. 5. n. 1. Paul. Comitol. respns. moral. lib. 3. q. 32. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 25. n. 188. Ioan. de Salas de contrahit. tract. de empione, dub. 22. in fine.

Legitima pandere defraudata. ] Adverte quod ut moneta sit proba, & legitima, tria contineret debet, scilicet materiam publicam, formam, & legitimum pondus, vide Deci. tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 23. à n. 9. Meno. h. conf. 49. f. 1. Mafcard. de probat. conclus. 1065. num. 7. Cabed. d. decif. 45. num. 2. Garc. Gironda de tract. de priuilegiorum, seu exempt. explicat. n. 1425. Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 115. n. 3. Gasp. Thesaur. de angamento monet. Camill. Borrell. d. c. 12. num. 21. Petr. Nauar. de restit. lib. 3. c. 1. n. 316. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 3. tract. 1. p. 1. cap. 5. num. 4.

Et minoris valoris effecta. ] Monetæ valor iuxta quod tempus considerandus sit, contractus ne an solutionis, quaesito est ad praesens institutum pertinens, de qua vide Menoch. conf. 49. & 138. An. Robert. rerum indicatarum Parisien. lib. 1. c. 16. & lib. 4. c. 18. Thesaur. Pedem. decif. 174. Flamin. Carthar. conf. execut. Genus. decif. fin. Budel. tract. de monetis, & renumeraria, lib. 1. c. 23. cum seqq. Farin. Rota decif. 90. in 1. collect. neciss. Viuian. tom. 1. communium opinionum, lib. 4. tit. 2. num. 162. pag. 463. & n. 107. & 170. Surd. confil. 335 & confil. 368. & 406. & 438. Paul. Busch. de annis redditibus, lib. 2. cap. 6. Federic. Martin. eod. tract. par. 5. Gafpar. Roderic. eod. tract. lib. 2. q. 15. num. 92. Tiraquel. de retractu lign. §. 2. gloss. 18. num. 26. cum seqq. Fachin. controvrs. lib. 2. cap. 9. & 10. Baptista Costa. de facti scientia, & ignor. cent. 1. disf. 63. Steph. Gratian. discept. forens. c. 5. n. 6. cum seqq. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 2. quæst. 44. Aloys. Ricc. p. 4. collect. 1223. Rota apud Farin. decif. 148. n. 4. & decif. 149. n. 11. p. 2. recent. An pensio redditus solenda sit in moneta currenti tempore contractus, an in currenti tempore solutionis? vide Brunor. à Sole q. 5. n. 3. Gasp. Roder. d. q. 15. n. 92.

Indiscretè cupiens, &c. ] Notatur ad hoc quod Princeps tenetur omnino monetam endere, & publicam facere ea lege, vt valor iuxta pondus ei constituantur, vt per Conat. in tract. veterum numism. collat. cap. 7. n. 1. vers. quinio, & n. 5. in princ. asserti numismata expensis publicis esse cuendenda, Cabed. p. 2. decif. 43. n. 3.

Si vero legitimam, &c. ] Notatur ad hoc quod testis licet in rei veritate sit falsus, tamen si iusta credulitate illud falsum dixit, excusat ut a falso, & per iurio, vt per Hippol. in rubr. de probat. n. 88. Seraphin. de priuilegiis iuram. priu. 11. n. 4. Farin. in praxi crimin. p. 4. conf. 60. m. 133.

Cum iuramentum non ut esset, &c. ] Notatur ad hoc quod quis promittat maleficium committere, vel pecuniam, vel rem ut fiat, vel non fiat, talis promissio non valet, nec firmatur iuramento, vt per Anton. Gomez. var. tom. 2. c. 14. n. 24. in princ.

In gloss. Defraudata. ibi, qui enim falsa monetam

Principis excuritur. Ita Ordinaria Regia Lusit. lib. 3. tit. 12. in princip. apud Castellanos l. 5. & 6. tit. 17. lib. 3. noua recop. Cou. d. tract. c. 8. n. 3. Dec. tract. criminal. l. 7. c. 18. n. 2. & 3. Christoph. de Pace in scholiis ad leges styl. l. 78. n. 88. Cardof. in praxi iudicium, verbo, moneta, u. 3. Farin. in praxi crimin. q. 92. n. 109. & quæst. 115. num. 13.

In gloss. Alsolui. ibi, absoluere potest quemlibet Papa à Sacramento ex iusta causa. Vide Tiraq. de pœnis temper. in prefat. n. 5. & 30. Soar. de Relig. tom. 2. lib. 2. de iuram præmiss. c. 4. n. 14. & vide ab quid Flamin. de resignat. benefici. lib. 3. q. 18. n. 93.

In gloss. Patris. ] Notatur ad hoc quod Princeps non dicatur defraudare monetam, si illam cuendere faciat sub nomine & forma alterius mortui Principis, pùr a patris, dummodo cuendatur ab habente potestatem illam cuendendi, id est non fiat in damnum, seu fraudem alterius, vt per Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 15. n. 68.

### S V M M A R I V M.

1. Iuramentum præsum in præindictum iuris superioris non valet.
2. Pæsum plus potest quam statutum.
3. Appellandi ius pertinet ad Principis superioritatem.
4. Iuramentum habet vim clausula, si non valet, valeat ut valere potest.
5. Iuramento in omni intelligitur auctoritas superioris excepta.
6. Aetus in dubio censemur factus secundum illud, quod ius disponit generaliter.
7. Appellatio causam suspendit.

### C A P . V e n i e n s . X I X .

Iuramentum factum contra ius superioris, v.g. non obstante appellatione ad superioritem, tentativa exequatur, non valet, quia semper intelligitur exceptum ius, & si contra factum fuerit, executio est revocanda sub pena censurae. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarelli. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Holt. Henric. Boich. Anch. Butt. Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ. Martin. Vran. Alex. de Neuo. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 222. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 294. remissio Ximen. in concord. p. 1. & 2. referuntur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 15. cap. 5.

Quia vero non mirus, &c. ] Notatur ad hoc quod plus potest pæcum quam statutum, vt per Aym. de antiqu. tempor. m. p. 1. cap. vi. 30. Surd. conf. 2. n. 29. An, & quando valeat argumentum à pacto ad statutum, dixi in tract. de locis communib. argum. iuris loco 81. ex n. 1.

Appellationibus ad nos interpositis. ] Notatur ad hoc quod ius appellandi pertinet ad Principis superioritatem Sebæt. Neni. ad l. Imperator. 25. num. 4. ff. de anpe lat. Cabed. In istan. decif. 40. num. 12 part. 2. Collige ex text. non valere consuetudinem quod appellari non possit ad Papam, licet sit iurata, vt per Ferentil. in annot. ad decif. 170. Buratti lit. B. & ideo Rota in Muniten. iurisprud. 29. Novemb. 1619. coram bonæ memorie Remboldo, & in Iunacem. iurisprud. 1. Iulij 1622. coram eodem denegatis remissoriem ad probandam huiusmodi consuetudinem. Ratio est, quia appellatio ad Papam nunquam cœlitur.

# De Iureiurando, Tit. XXIV.

591

Senetur sublata, Seraphin. decis. 615. n. 7. Rot. in Tole-  
tana decimorum 2. Decembr. 1620. coram bon. mem.  
Vbaldo.

4 Cum p̄dīctum iuramentum, &c.] Notatur ad hoc  
quod iuramentum habet vim clausulæ, si non valer,  
videat ut valere potest, Tiraq. iul. 1. si vi quam, C. de reu-  
ocandis donis. in princ. n. 132.

5 Ius superioris exceptum.] Notatur ad hoc quod in  
omni iuramento intelligitur auctoritas superioris  
excepta, vt per Rebuff. de priuile. schol. priu. 73. Perez  
l. 37 gloss. 1. pag. 387. i. 6. lib. 8. Ordinam. Flamin. de  
resignat. benef. lib. 3. q. 18. n. 109. vbi n. 110. assertit quod  
iurans aliquid facere dum est Cardinalis, factus Papa  
potest contravenire, & presumunt iusta causa re-  
cedendi à iuramento, vide Soar. de Relig. tom. 2. tratt.  
de iuram. c. 34. n. 5. & c. 38. n. 4.

6 Notatur etiam ad hoc quod actus in dubio cen-  
setur factus secundum illud, quod ius disponit gene-  
raliter, vt per Flamin. d. tratt. de resignat. benef. lib. 6.  
q. 3. n. 5.

7 Resistuas eidem.] Ex eo, quia appellatio causam  
suspendit, & attentata pendente appellatione sunt  
omnino reuocanda per ipsum iudicem ad quem fue-  
rit appellatum, vt per Bernard. reg. 37. Cou. præf. c. 13. n. 1. vers. prima gisir. Nam vbi à sententia fuerit  
prouocatum, illius effectus suspensus est, ita vt pro  
ea non presumatur virgini presumptione, vt per  
Couar. præf. c. 6. n. 6. vers. secundum. Et pendente appelle-  
tatione à sententia omnia remanent integra, & pro-  
ceditur ac si sententia lata non esset, Cœl. de Graffis  
decis. 4. n. 4. de causa posseſſ. Caualer. decis. 242. n. 2. &  
fuit dictum in cunctis plenis pensionis, prop̄ fin. 15.  
Junij 1616. coram bon. mem. Cardin. Sacrazo.

## S V M M A R I V M .

- 1 Usuras non repeteſſe iurans, tenetur iuramentum ser-  
uare, potest tamen officium iudicis implorare ne  
ad reſtitutionem cogatur, & n. 2.
- 3 Index contra viſuarium inquirere potest parte non  
petente.
- 4 Index Ecclesiasticus potest facere proclama ſub pena  
excommunicationis, vt quicunque fecit veritatem  
super tali negotio, compareat in iudicio ad depo-  
nendum.
- 5 Viſuras indebitas ſolvens ſcienter potest eas repeteſſe  
etiamſi iurauerit ſe non repetiſſurum.
- 6 Renuntians potest beneficium renuntiatum repeteſſe ex  
nona cauſa.

## C A P. Ad nostram. ij. XX.

1 Quid iurauit nec per ſe, nec per alium repeteſſe  
viſuras, quas ſoluit, potest querere alia via,  
veluti denuntiando iudicii ut index ex officio inqui-  
rat, & cogat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Inno-  
cenſ. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Bald. Felin. Guid. Papæ. Martin. Vran. Alexand. de Neuo. & Cujac. Vinian. in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag. 222. Alagona. in compendio iuris Canonici, pag. 296. re-  
miſſione Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 2. re-  
ferrunt ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 15.  
cap. 6.

Hanc eandem conſlus. ex hoc text. defumit Maſ-  
card. de probat. concil. 1. 36. n. 13.

3 Mandamus quatenus, &c.] Notatur ad hoc quod  
inquirere potest index ex officio, etiam parte non  
Tom. I.

petente, contra viſuarium, vt refutat viſuras, ad  
priuatam utilitatem, etiam quod qui viſuras ſoluit,  
iurasset illas non repeteſſe, Socin. reg. 100. fallent. 1.  
Nouell. reg. 28. fallent 3. Tiraq. de priuilegiis pia cauſa  
n. 151. in princ. & prope fin. & alijs, quos refert Farin.  
fragment. orin. p. 2. verbo inquirere, n. 35. Potest enim  
index Ecclesiasticus ex officio, ad priuatam utilita-  
tem inquirere, quando agitur de correſtione pecca-  
torum, & vbi imminet periculum animarum, addit.  
ad Rom. ſing. 525. verſ. & hac opinio, Auguſt. ad Angel.  
de maleſic. in verbo, hac eſſe quadam inquisitio, n. 32. Fa-  
rin. d. verbo, inquirere, n. 36.

Sub p̄a excommunicationis publicè, &c.] Ergo in-  
dex Ecclesiasticus potest facere proclama ſub pena  
excommunicationis, vt quicunque fecit veritatem ſu-  
per tali negotio, compareat in iudicio ad depone-  
ndum, vt per Marant. de ordin. iudic. p. 4. dift. 11. n. 54.  
pag. mibi 180. Et monitorie generales concedi po-  
lunt in omnes impeditnes teſtes produci in cauſa  
mota, Guttier. canon. queſt. lib. 1. c. 11. n. 36. cum legg.

In gloss. Repentent. Notatur ad hoc quod tolueri  
ſcienter viſuras indebitas, potest eas repeteſſe, etiamſi  
iurauerit ſe non repetiſſurum, vt per Tiraq. de retrac-  
tione rit. 2. ad finem, n. 151.

In gloss. Probarent, ibi, ſi enim aliquis alivrat benefi-  
cium, potest poſtea ipſum repeteſſe ex noua cauſa ſuperne-  
tamente. Notatur ad hoc quod renuntians potest be-  
neſicium resignatum repeteſſe ex noua cauſa, data  
ſeſilicet vacatione ex noua elecſione, poſtulatione,  
preſentatione, & collatione, ſeu confirmatione ſu-  
perioris, vt per Flamin. de resignat. benef. lib. 1. q. 13.  
num. 43.

In gloss. Ad testimonium, ibi, item quia ad Ecclesiast.,  
ſeu Episcopum ſpectat exequi voluntaries defunctorum,  
Vide que adduxi ego ipſe de offic. & potestate Episcop.  
p. 3. alleg. 82.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum generale debet ita intelligi, ſi fieri potest,  
vt non obuiet iuri, alijs tanquam temerarium non  
obligat contra iuris obſervantium.
- 2 Iurantis mentis, & intentio inſpicitur.
- 3 Ordo iudicarii in notoriis non eſt feruandus.
- 4 Notorium non indiget probatione, licet non releget ab  
onore proponendi.
- 5 Notorium, & marifeſtum in quo diſferant, oſten-  
ditur.
- 6 Citatio non requiriſſur in notoriis.
- 7 Excommunicatus ſciens aliquo loco vbi notoria eſt  
eius excommunicatio, an teneatur illam vitare in  
alio loco vbi de ea ignorat remiſſiue.

## C A P. Ad nostram. ij. XXI.

Iuramentum ſimpliciter, & in genere factum in.  
telligitur de his rebus, que in iuri non contradicunt,  
v. g. qui iurat in omni cauſa ſeruare ordinem iudi-  
carii, intelligitur quando talis ordo feruandus  
eſt, & non quando ius alteri diſponit, v. g. in mani-  
festis, & notoriis non eſt opus accuſatione, nec ſub-  
tilitate ordinis iuris ſecundum ius Canonicum, & in  
hoc feruandum non eſt iuramentum, alioquin ſi in-  
tendebat facere contra ius Canonicum, erat periu-  
rium. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innocent.  
Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Ana-  
nia. Hoſtienſ. Henric. Boich. Anch. Butr. Bald.  
Panorm. Felin. Guid. Papæ. Martin. Vran. Alexand.

D d d 2 de

## 592 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

de Neuo, Cujac. Vinian. in ratione. secundi libri iuris. Pontif. pag. 223. Alagona in compend. uris Canon. pag. 295. remissione Ximen. in concord. part. I. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 15. cap. 7.

2. *Habebas in mente.*] Ergo in iuramento mens, & intentio iurantis inspicitur, vt per Tiraq. in l. si vir quam C. de reuocand. donat. in princip. n. 170 & verbo, liberis, n. 56. de quo laet ad plura referentem vide Sanch. in precepsa Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 10. per totum.

3. *Quod in manifestis, & notoriis, &c.*] Notatur ad hoc quod in notoriis ordo iudicarius non est seruandus, vt per Hippol. sing. 51. & sing. 65. Mafcard. de probat. conel. 1103. n. 6. Salgado de praelett. Regia, tom. 1. p. 14. n. 47. Gom. var. tom. 3. c. 1. sub n. 42. Farin. in praxi crimin. q. 21. n. 60. vbi facit regulam quod in notoriis ordo iuris non seruatur, quia in eis ordo est ordinem non ferunt. Intellige procedere & locum habere in criminalibus, & in delictis favore Reipubl. non autem in civilibus & in contractibus etiam notoriis, quia in illis notoritate non obstante iudicarius ordo, libellus, & litis contestatio requiritur, ita Anton. de Burr. in de notor. art. 4. n. 5. & seqq. Lancel. Conrad. in pract. lib. 1. c. 9. §. 3. de offic. Prator. in caus. crimin. rubr. de not. crimin. n. 19. vers. in secundo casu principali, fol. 242. Sigism. Scacc. de iudic. caus. ciuil. crimin. &c. lib. 2. c. 9. n. 580. Farin. d. g. 21. n. 63. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. d. ffer. 171. n. 8.

4. *¶ 9.* Vnde notorium non indiget probatione, Bella-comb. tom. 1. communium opin. lib. 4. n. 9. n. 265. peg. 505. Surd. decif. 2. 50. n. 1. & decif. 3. n. 82. Mendez à Castro in praxi Lusti. lib. 3. c. 3. n. 33. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 21. n. 8. licet autem releuat ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, & ideo debet allegari, Vinian. d. tom. 1. commun. lib. 4. tit. 9. à n. 29. Mench. quest. illus fr. c. 2. n. 11. Farin. d. g. 21. n. 110. Burlat. cors. 4. n. 26. Alciat. de presumpt. reg. 2. pref. 12. n. 3. Menoch. remed. 1. recip. n. 165. & remed. 1. 5. n. 264. Mafc. rd. de probat. conclus. 1104. n. 1. Salgado d. cap. 14. n. 48. Et generaliter quid & quotuplex sit notorium iuris, scilicet & facti permanentis, aut transiuntis, & momentanei, & quid manifestum, & de singularum attributis, & qualitatibus, & quomodo cognoscatur, & in quibus casibus verificetur, & de pluribus aliis perdoctè videndum est Capra in tract. de notorio, Mafcard. d. concl. 1101. usque ad conclus. 1105. inclusione, Farin. in praxi crimin. p. 1. quest. 21. per tot. vbi latissime. Et plura, quæ in notoriis potest facere index, adducit D. Barbos. in l. si de vi. à n. 140. ff.

5. Adverte ex prædictis huius text. verbis manifestum, & notoriis inter se differre, quia illud est probandum, hoc vero nulla indiget probatione, Mafcard. de probat. conclus. 1014. n. 3. nam manifestum dicitur quod publicè pluribus patet, non vero omnibus, aut maiori parti: notoriū vero quod patet omnibus, vel maiori parti populi, Cardos. in praxi iudicium, verbo, notoriū, n. 5. Farin. d. q. 21. n. 4. Vnde notorium illud dicitur, quod nulla tergiversatione celari potest, Mench. d. c. 2. n. 11. & c. 20. n. 23. Menoch. de arbitr. casu 166. n. 4. & propriè dicitur quod est facti permanentis, & non transiuntis, Ignat. del Villar. in glossa responsorum, lib. 2. resp. 16. c. 2. n. 51. Et induci potest per scientiam decem personarum, Farin. d. q. 21. n. 47. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 6. art. 4.

6. In gloss. Obseruandu. 2. ibi, alijs citari debet. Imò in notoriis non requiri citationem tenent Rebuff. in tract. nominat. q. 17. n. 3. Matienf. l. 3. gloss. 10. lib. 5. noua recop. Farin. d. q. 21. n. 66. cum seqq.

7. In ead. gloss. ibi, Si vero non sunt notoria in hac Pro-

suncia, &c. Notatur ad hoc quod in notoriis non est seruandus ordo iudicarius in eo loco, vbi delictum est notorium, scilicet in alio vbi occultum est, vt per Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 22. n. 9. An autem excommunicatum sciens in aliquo loco, vbi notoria est eius excommunicatio, teneatur illum vitare in alio loco, vbi de ea ignoratur? vide Cou. cap. alma mater, p. 2. §. 3. n. 2. Vgolin. de censur. tab. 1. c. 13. §. 7. n. 3. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. q. 32. n. 2.

### S V M M A R I V M.

1. *Iuramentum unum uni debitum si alteri praestatur, illicitum est, & eo non obstante, cui debetur praestandum est.*
2. *Iuramentum uni debitum si alteri praestatur, illicitum est.*
3. *Soluens alij, quæcum vero creditori non liberatur, limitatur in aliquibus casibus.*

### C A P. E a t e. X X I I.

**F**idelitatem, qui tenetur vni iurate, & iurat alteri, si hoc iuramentum est contrarium debito, iuramentum est illicitum, & non tenet, sic tenetur iurare, cui debet, nam debitum, quod solvit cui non debetur, non remittitur, sed angetur. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Butz. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Vinian. in ratione. secundi libri iuris Pontif. pag. 223. Alagona in compend. uris Canon. pag. 296. remissione Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 15. cap. 8.

Probat hic text. quod si vnum iuramentum vni debitum alteri praestatur, illicitum est, & eo non obstante, cui debetur, praestandum est de quo vide Ant. Gom. l. 50. Tari, n. 58. col. 1. Soar. de Religione, tom. 2. tract. de iuram. lib. 2. c. 24. n. 5.

*Quod omnis non remittitur. &c.]* Notatur ad hoc quod soluens alij, quæcum vero creditori non liberatur, l. 1. §. ante omnia, ff. pa. 11. Surd. d. decif. 60. n. 1. & dec. 229. n. 1. Steph. Grat. discept. foren. c. 20. à n. 30. & c. 104. n. 17. Nisi solutio fiat praelato pretaliatio, quia tunc liberabit soluentem, Surd. d. decif. 229. n. 10. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. §. 2. n. 17. alios refert Flores de Mena ad Gam. decif. 16. n. 1. dummodo solutio non fiat Praelato intruso, Cald. Pereira de empione, & vendit. c. 1. n. 24. in fine. Adverte quod soluens alij, quæcum creditori in aliquibus casibus liberatur, videbilet quando soluerit de mandato iudicis, l. non videtur, §. qui iussi, ff. de regulis iuris, Menoch. cors. 68. à n. 12. Guttier. pract. lib. 1. q. 113. n. 4. Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 97. n. 111. Rot. apud eund. decif. 151. & 849. n. 2. in 1. collect. nouiss. marum, dummodo non fiat de mandato iudicis iniusto, Guttier. lib. 1. q. 8. à n. 10. Farin. d. q. 97. n. 112. Sic etiam soluens de mandato iudicis in publica subhaftatione liberatur, Stephan. Grat. discept. foren. c. 37. n. 36. prout etiam liberatur soluens ipsi iudici, aut apparitori exequenti, l. queſitum, ff. de distract. pignor. Partad. rerum quid lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 17. n. 10.

### S V M M A

# De Iureiurando, Tit. XXIV.

593

S V M M A R I V M.

- 1 *Ilicita si præcipiantur, parere non tenetur iurans firmo-  
pliciter stare mandato aliquiu*s*, n. 1.*
- 2 *Famulus iurans se domino obtemperaturum, ipsi im-  
peranti aliquid inordinatum parere non tene-  
tur.*
- 3 *Consilio alicuius stare intelligi debet si consilium sit  
iuri consonum.*
- 4 *Voluntas libera in compromissis iusto arbitrio, & dis-  
cretione intelligitur.*
- 5 *Ingratitudinis causa, propter quas potest pater exha-  
redare filium, que sunt, remissio.*
- 6 *Filia si vitam luxuriosam egerit, à parte exhaeredari  
potest.*
- 7 *Filius à parte exhaeredari poterit si cum captum de  
cavere eripere neglexerit.*

In ead.gloss.ibi, *Si filia vitam luxuriosam egerit, &c. 7*  
 Vide Surd.de aliment.tit.1.q.5.n.16. & 9.6. Cenal.com-  
 munium contra commun. q.5. Gare. Mafrillo Sicilia de-  
 cis. 163. Modern. de iurisdict. p. 4. casu 70. Bernard.  
 Granæ ad prakticam Camera Imper.lib.2. concl.95. Di.  
 Barbos.in l.1. p.4. n.27.32. & 35. ff. soluto matrim. Be-  
 nedict. Egid. in reperit.l. Titie, p.3. à n.30. ff. de condit. &  
 demonstr. & de iure, & privilegio honestatis, artic.7.  
 Henr. in sum. p.2. lib. 11. cap 6. Molina d. tract. 2.  
 disp. 76. versic. dubium, Rebello de obligat. iustit. p.2.  
 lib.1.q.14. sed, fin. Sanch. de matrim.lib.3. disput.47.  
 n.12. Azor. iustit. moral. p.2. lib.2. & 2.9.7. parentem  
 memm d.comment.ad Ordinam. Regiam, lib.4. tit.8.8. §.1.  
 à n. 1. vbi n.6.an sufficiat vniuers concubitus filia ad  
 hoc vt pater possit illam iuste exhaeredare, & n.7. a.  
 filia penitendo si redeat ad vitam honestam possit  
 exhaeredari, & n.6. quid si non fuit ab aliquo co-  
 gnita, quia erat arcta, sed luxuriosè viviebat, & n.16.  
 an possit ei alimenta, & dorem denegare, & n.17. an  
 per reconciliationem patris cum filia tollatur exha-  
 redatio.

In ead.gloss.ibi, *Si parentem captum de carcere eri- 8  
 pere neglexerit. Vide Perez l.2. tit.1. lib.1. Ordin. pag.  
 186. Molin.d disput.176. vers. 13. Steph. Gratian. dis-  
 cept. forer. c. 108. n.6.*

## C A P. Quintavallis. X X I I .

- 1 *M* Andatis alicuius stare qui iuravit, & ille man-  
 dat illicitum, v.g. vt exhaeredet filios, vel re-  
 moueat à se vxorem, non tenetur obediens nisi re-  
 uocet mandatum, licet licitum fuerit iuramentum.  
 Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.  
 Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch.  
 Butr. Bald. Felin. Panorm. Guid. Papæ , Martin. Vran.  
 Alex. de Neno , Cujac. Viulan. in rationali secundi libri  
 iuris Ponif. pag. 224. Alagona in compendio iuris Canon.  
 pag. 296. remissio Ximen. in concord. p.1. & 2. refertur  
 ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib.2. tit.15. c.9.
- 2 *Notatur ad hoc quod cùm aliquis iurat simplici-  
 citer stare mandato alicuius, non tenetur parere si  
 præcipiat illicita, vide Perez l. 1. gloss. 1. pag. 567.  
 col.1. versic. tamen in contrarium, tit. 5. lib. 3. Ordinam.  
 Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 22. ad finem. Nam ini-  
 austia præcipienti etiam Principi parendum non est,  
 gloss. verbo, morte, in cap. 2. de maiorit. & obed. vbi plu-  
 res citati Doctores. Vnde si famulus iuravit se domi-  
 no obtemperaturum, ipsi imperanti aliquid inor-  
 dinatum parere non tenetur, Sayr. in clavi Regia, lib. 5.  
 cap. 7. num. 6. Et si quis iuravit stare consilio alicuius,  
 intelligi debet si consilium sit iuri consonum, 1.  
 si libertus, la 2. ff. de oper. libert. Scobar. de ratiocin. c. 32.  
 num. 16. nam iuramentum interpositum in contractu  
 minimè trahitur ad non cognita, vt habetur in cap.  
 veniens 16. sup. hoc tit. vbi plures citati Doctores, n....  
 & actus factus contra regulam non valer, Tiraq.  
 de paenit. tempor. in prefat. n.67. & 68.*
- 3 *Ut reuocent mandatum illud initiativæ.] Notatur ad  
 hoc quod libera voluntas in compromissis iusto ar-  
 bitrio, & discretione intelligitur, vt per Menoch. de  
 arbitr. lib.1.q.7.n.3. & 4.*

- 4 *In gloss. Exhaeredaret, ibi, cause vero ingratitudinis,  
 propter quas pater potest exhaeredare filium, sunt ha.  
 Huicmodi causas prosequuntur l.2. vbi gloss. 1. cum seq.  
 tit. 9. lib. 3. for. leg. Marsil. sing. 78. incip. plures sunt,  
 Perez l.1. gloss 1. pag 70. col.2. tit.2. lib.5. Ordinam. &  
 l.9. gloss 1. pag.12. tit.1. lib. 8. eiusdem Ordinam. Molin.  
 de iustit. tract. 2. disp. 127. & vide posita in aub. vt cum  
 se appellat cognoscitur, & aliud quoque capitulum, vers.  
 causas, collat. 8. apud quos, & præcipiè Molinam,  
 videbis omnes causas propter quas potest pater fi-  
 lium exhaeredare; an autem ex similibus, vel granio-  
 ribus valeat à parte filius exhaeredari, vide citatos  
 à parente meo in comment. ad Ordin. Regiam Lufitan.  
 lib.4. tit.87. in princ.*
- 5 *Tom. I.*

## C A P. Tu a nos. ij. X X I V .

**Q**vando vir & vxor separant se à thoro, & mu-  
 tua cohabitatione, & iurant se nunquam de-  
 bitum petiuros, si alter deinde non vult contine-  
 re, mulier est cogenda censuris vi redeat ad virum  
 non obstante iuramento. Colligunt ex Ordin. Abb.  
 antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr.  
 Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Anch. Butr. Bald.  
 Panormit. Felin. Guid. Papæ , Martin. Vran. Alex. de  
 Neno , Cujac. Viulan. in rationali secundi libri iuris  
 Ponif. pag. 224. Alagona in compendio iuris Canon.  
 pag. 292. remissio Ximen. in concord. p.1. & 2. refertur  
 ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib.2. tit. 15.  
 cap. 10.

*Se nunquam munuo petiuros.] Notatur ad hoc quod  
 pactum inter coniages initum quod possint feci-  
 sim, & non simul cohabitare, non potest iuramen-  
 to confirmari, repugnat namque huicmodi separa-  
 tio substantia matrimonij, per quod inducitur mar-  
 ris, & feminæ coniunctio, vt in e. 1. 27. q. 2 repu-  
 gnat etiam bono prolixi, cap. omne itaque, ead causa, &  
 quæst. præstat etiam occasionem adulterandi, vt res  
 innuit, tunc denique quia coniuges non possunt pro-  
 fici arbitrio se inuicem separare, Surd. conf. 364. n. 16.  
 Non obstat quod votum simplex castitatis mutuo  
 consenserit ab uxoris emissum, est licitum, Sanch. de  
 matrim. lib.1. disp. 37. à n. 17. quia , vt idem Sanch. ci-  
 tato loco responderet, coniuges de quibus hic, non amo-  
 re continentia seruandæ id iurarunt, sex ex causa  
 iniusta, & passionis, si enim continentia ex vitaque  
 parte promissa fuisset licita, nequaquam Pontifex  
 improbat huicmodi separationem quod thoruni:  
 vt aduerit Cald. Percira de emptione , & vendit:  
 c. 30. n. 12. sum. seqq.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Iurans cum muliere contrahere, propter superuenien-  
 tem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere  
 potest, non vero propter precedentem.*
- 2 *Iuramentum non extenditur ad futurum euentum.*

D d d 3 3 Iur

## 594 Collectanea Doct. in lib II. Decretal.

- 3 *Iuramentum promissorum intelligitur si res in eodem  
statu permanferit.*  
 4 *Vir non tenetur eam in uxorem ducere, cuius dos non  
datur.*  
 5 *Sponsalia per fornicationem dissoluuntur.*  
 6 *Turpius evicitur, quam non admittitur hospes.*  
 7 *Sponsalia dissoluuntur per lepram, epilepsiam, &  
aliam deformitatem superuenientem.*  
 8 *Sponsalia propter causas precedentes non dissoluun-  
tut, si ea ignoratae non sint.*  
 9 *Sponsui an possit sponsam accusare de adulterio, ostendit?*  
 10 *Sponsalia an dissoluuntur per paupertatem superue-  
nientem ostenditur.*  
 11 *Sponsalia dissoluuntur etiam si fœmina per vim fuerit  
carnaliter cognita.*  
 12 *Iuramentum de non accusanda uxore de adulterio va-  
lidum est.*  
 13 *Declaratur textus in praesensi.*  
 14 *Verba, omnino dimittere, denotant ipso iure.*  
 15 *Diūlio, incunctanter, denotat sententiam latam.*  
 16 *Marii permisum est castigare uxorem.*

### C A P. Quemadmodum. XXV.

- 1 *M*atrimonium contrahens cum muliere, & in-  
trans illam apud se semper retinere, propter  
fornicationem praecedentem non potest illam dimit-  
tere, sed maximè propter sequentem, non obstante  
iuramento, quia intelligebatur illa conditio, id est,  
si non peccat contra legem coniugij. Item si iurauit  
aliquam ducere, non est consideranda praecedens forni-  
catione, sed propter subsequentem potest illam non  
ducere, quia intelligebatur hac conditione, id est, si  
non facit contra legem sponsalium. Item si post  
sponsalia, & iuramentum mulier fit leprosa, vel pa-  
thytica, vel amiserit nasum, vel oculos, seu aliquid  
turpis ei euenerit, vir non tenetur illam ducere,  
sed dictam non potest dimittere. Item si vir iurat  
quod de nullo crimine vxorem accusabit, iuramen-  
tum est temerarium, quia in causa fidelitatis tenetur  
de iure: si iurat non accusare de adulterio, iuramen-  
tum tenet, & non potest accusare ad diuinitum facien-  
tium, sed potest & debet denunciare Ecclesiæ ad  
correctionem vxoris. Colligunt ex Ord. Abb. antiq.  
Collect. Innoc. Zabatell. Bellam. Ioan. Andr. Imol.  
Anan. Host. Henric. Butt. Anch. Bald. Panorm. Felin.  
Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Nevo, Cujac.  
Vivian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 225.  
Alagona in compend. iuris Canon. pag. 207. remissione  
Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug.  
collect. 3. Decret lib 2. tit. 15. cap. 11. nouissime Ioan. de  
Valboa in annis Acad. prelect. Salmant. tom. 2. pag. 295.  
cum seqq.
- 2 *Talis erat subintelligenda conditio, &c.]* Notatur ad hoc quod iuramentum non extenditur ad futu-  
rum quantum, quem vir prudens non potuit cogi-  
tare, ut per Menoch. conf. 8. 4. n. 24. & n. 30. nec egit  
relaxatione, Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 67. à principe.
- 3 *Iuramentum enim promissorum intelligitur si res in  
eodem statu permanferint, Valer. Reginald. in cap. iuri-  
fori pœnitent. lib. 1. 8. n. 2. 4. vers. quartu. Et rebus notabili-  
liter mutatis non obligat promissio, Sanch. d. lib. 1.  
disp. 63. n. 2. Vnde virum non teneri eam in uxorem  
ducere, qui dos non datur, tenet Bald. in cap. iuri-  
ravit, n. 3. & 5. sup. de probat. Surd. de aliment. tit. 1.  
9. 42. num. 47. Valer. Reginald. d. loco, lib. 31. n. 264.  
& 304.*

*Sed subsequentem.]* Ergo per fornicationem spon-  
salia dissoluuntur, ut per Nauar. conf. 34. n. 1. sub tit.  
de sponsal. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 11.  
n. 3. Conar. de sponsal. p. 1. c. 5. in initio, n. 2. Henr. in  
sum. lib. 1. 1. c. 12. n. 1. Perez tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 7.  
Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 63. n. 3. Agid. de Coninc.  
de Sacram. & censuris, tom. 2. disp. 23. n. 34. Valer. Re-  
ginald. d. lib. 31. n. 262. Menoch. de arbitrio casu 45. n. 5.  
Card. Tusch. tom. 5. concl. 1. 6. n. 5. Rebel. de obligat. iu-  
stitia, p. 2. lib. 4. q. 8. sect. 2. n. 8. Guttier. de matrim. c. 31.  
n. 1. Bonac. cod. tract. q. 1. pan. 6. n. 1.  
*Quia turpius evicitur, &c.]* Vide Ouid. lib. 5. de Tri-  
fib. eleg. 7. Tiraq. de constit. limit. 7. n. 43. p. 3. Surd. de ali-  
ment. tit. 7. q. 17. n. 41. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de  
disciplina cleric. §. 29. n. 7. Nam favorabilior est cana  
confermentationis, quam nouae acquisitionis, ex Me-  
noch. conf. 32. n. 37. Et facilius constitutum ius re-  
natur, quam de novo acquiratur, 1. parte furioso, ff.  
de his, qui sunt sui. Surd. decis. 49. n. 5.

*Mulier fieret non solum leprosa, &c.]* Notatur ad hoc quod sponsalia dissoluuntur per lepram, epilepsiam, aut aliam deformitatem superuenientem, vide Sanch. d. lib. 1. disp. 55. cum seqq. Reginald. d. lib. 31. n. 263. Cardin. Tusch. d. concl. 1. 6. n. 6. Agid. de Coninch. d. disp. 23. n. 66. Molin. de instit. tractat. 2.  
disp. 272. n. 4. & 5. Guttier. d. c. 32. n. 3. Bonac. d. pan. 8.  
num. 9.

*Non obstat text. in presenti, in vers. quamvis, ad fin.*  
*prince. ibi, quamvis interdum, &c. quæ ratio videtur fua-  
dere Summum Pontificem voluisse propter morbum  
superuenientem sponsalia dicimus non posse nam reie-  
cta aliquorum sententia, qui arbitrantur legendum  
esse, quæ a pro quoque, quæ inepta est correctionis. si pre-  
cedens interrogatio affirmativa expendatur, dicendum  
est Pontificem rationem illam interrogative adduxisse  
ad hanc ad confirmationem contraria partis, quam  
interrogabat, quasi velit utrum teneatur sponsus le-  
prosam sponsam recipere, licet secundum ius multa  
impediant, quæ non dirimunt, & non responderet in-  
terrogationi expresse, sed ex dictis questionem ve-  
luti norissimam decidendam relinquit.*

*In gloss. Precedentem.* Notatur ad hoc quod propter causas praecedentes non dissoluuntur sponsalia,  
ne ex ignorata non sint, quia contrahendo cum illa  
videtur eius mores approbare, ut per Henr. in sum.  
lib. 1. c. 1. 4. num. 7. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 63.  
num. 2.

*In gloss. Non admittere, ibi, nam & sponsa patet 9  
sponsam accusare de adulterio.* Ita Sarmient. select. lib. 1.  
cap. 6. num. 1. cum seqq. Contrarium tamen, imo con-  
cubitum cum sponsa alterius non dici adulterium,  
tenet Cou. de sponsalib. part. 1. cap. 1. num. 8. Greg. l. 1.  
verbo, de sponsada, tit. 17. p. 7. Gom. Arias l. 81. Tauri.  
num. 1. cum seqq. Perez l. 1. vers. item deducitur, tit. 1. 5.  
Ordinam. pag. 2. & l. 2. in gloss. è basi iere adulterio, tit. 15.  
lib. 8. pag. 289. Fr. Eman. in sum. part. 1. cap. 5. num. 3.  
in fin. Azeued. l. 3. num. 5. tit. 2. o. lib. 8. nona recip. Gom.  
l. 80. Tauri, num. 47. vers. dubium tamen est, Henr. q. d.  
lib. 1. 1. cap. 13. num. 4. plures quos refert, & sequitur  
Sanch. d. lib. 1. disp. 2. num. 1. alios citant ad cap. discre-  
tionem, num. 8. de eo, qui cognovit. vbi vide pulchram  
quæst. pro qua sententia contra gloss. in presenti fa-  
cit quod sponsa illa propriè dicatur, que nondum  
matrimonium contraxit, sed promisit l. in eo iure, §. 1.  
ff. de ritu nupt. l. 1. §. & primum. ff. pro dote, l. quod seruus  
ff. de condit. ob causam, l. sanctiss., C. de nuptiis.  
Dec. cons. 2. 6. Hippol. in l. 1. qui cum telo, num. 19. C.  
de sciaris, at non licet propriam verborum significa-  
tionem omittere, & contra eam leges penales ex-  
tendere, c. odias, c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. cum vulga-  
ribus;

tibus; ergo non licebit pœnas à legibus impositas contra violatores alienarum nuptiarum ad sponsas extendere. Nec contrarium probat text. in l. si vxor. 13. §. *Dinus, ff de adulter. dum permitit sponso accusare eum, qui sponsam violavit, etenim in eo sit. non solum agitur de adulteriis puniendis, sed etiam de aliis illicitis fornicationibus, inter quas consummatur, quæ cum alterius sponsa committitur, nec pœna adulterij in eo casu imponitur, sed alia minor, ut ille text. probat.*

10 In gloss. *Oculus, ibi, focus effet si mulier labetur in facultatibus.* Vult hæc glossa nulla præiuia doris promissione sponsalia ad paupertatem sponsæ superuenientem non dissoluiri, sequuntur *Couar. d.c. 5. in initio, n. 5.* *Petr. Greg. Syntagma uris, p. 2. lib. 8. c. 9. n. 9.* *Matiens. ad rub. it. 1. gloss. t. n. 47. lib. 5. nona recop. 9.* *Menoch. conf. 386. num. 3.* Sed veritas est paupertatem superuenientem sponsalibus esse causam sufficiemt ad dissoluenda sponsalia, vt si fœmina incidat in paupertatem, ita ut non possit solvere dotem, etiam nulla in sponsalibus præhabita promissione, vel mentione doris, quia sponsus iudicio prudentis non censetur habuisse intentionem obligandi se ad contrahendum matrimonium in eo eventu, tum quia promissio censetur facta sub conditione doris, ita Siluest. Nanar. Henr. & alij quos refert, & sequitur *Sanch. d. lib. 1. disp. 59. à n. 3.* quibus adde Menoch. d. ca. u 455. n. 6. Gutier. d. c. 33. n. 1. Egid. de Coninck d. disp. 3. num. 69. Rebell. d. q 8. sell. 8. num. 2. Bonac. d. puncto 8. n. 12.

11 In ead. gloss. ibi, sed quid si per violentiam opprimatur sponsa de futuro, &c. Notatur ad hoc quod sponsalia dissoluuntur etiam si fœmina per vim fuerit carnaliter cognita, nam ista censetur notabilis mutatio ex parte sponsæ, ex qua vir potest graue dedecus pati, praefertim cum non ita facile constare possit sponsam per vim, & omnino inuoluntarie cognitam fuisse. Ita Fr. Emmann. in summ. tom. 2. c. 245. num. 6. Henriquez lib. 11. cap. 14. in princ. Nauar. in man. cap. 22. n. 27. Egid. de Coninck. d. disp. 23. num. 5. Sanch. d. lib. 1. disp. 55. num. 7. Bonacin. d. puncto 8. num. 3.

### §. Illud autem.

12 Probat hic §. iuramentum de non accusanda vxore de adulterio validum esse, & efficere ne maritus ad separationem thorii vxorem valeat accusare, contra reg. l. si unus. §. pat. a. ibi, ne furi agere. ff. de patiis, & cap. 1. ibi, patronus est turpitudinis, 32. quest. 1. & c. si vir, ibi, reus eris & eius peccati particeps, de adulterio, tum quia dolus futurus nequaquam potest remitti, ex reg. d. si unus. §. illud, cum citatis à Donel. comment. iuris Civilis, lib. 16. cap. 6. col. 60. Gutier. de iuramento. confirm. part. 1. cap. 10. num. 5. Fatinac. in præxi criminis. quest. 142. num. 77. tum denique, quia remittens adulterium non videtur remittere futurum, Palati in repet. cap. par. vestras, §. 9. num. 18. Gregor. l. 8. tit. 18. part. 7. Clat. §. adulterium, nupt. 18. Surd. de alimentis. tit. 7. quæst. 16. num. 103. & 140. D. Barbol. in l. 2. in princip. part. 1. n. 104. ff. soluto matrimonio. Quibus diffundatibus, vt satisfaciat glossa hic verbo, criminis, & verbo, in hoc casu, responderet verum quidem esse iuramentum de non accusanda vxore propter adulterium futurum non valere, verutamen in hoc text. iuramentum fuisse præstitum circa adulterium iam perpetratum, quo casu bono publico non prævidetur, imo per leges approbarur, cum tunc præteritus dolus & per consequens priuarum tantummodo cōmodum remittitur; sed hic intellectus confunditur

ex hoc text. qui agit de criminibus futuris, non autem de iam commissis, vt patet ibi, *super nullo criminis accusabit, &c.* Minus placet Imola sententia existimantis dictiōnem, *tutius*, in hoc text. stare comparatiū, quasi velit Pontifex quod licet tutum sit non obstante prædicto iuramento vxorem acculare ad diuinitum celebrandum, *tutius* tamen erit ab eadem accusatione desistere propter iurisfundiā reliquionem.

Quare dicendum puto paustum, seu iuramentum de non accusanda vxore propter adulterium si referatur ad publicam accusationem non valere, quia offendit ius publicum, sicut non valet quæcumque alia paſtio de non accusando aliquem de crimine ad vindictam publicam, & sic procedit d. l. si unus. §. paſtio. Si vero paustum, seu iuramentum referatur ad correctionem, hoc est, ne per me viam denuntiationis iudicialis ad correctionem vxorem valeat accusare, similiter etiam non valebit, ex eo quia impedit medium, quo mulier potest respicere à peccato, ac subinde non est obligatorium, iuxta reg. non est, de regulis iuris in 6. Tandem si referatur iuramentum huiusmodi de non accusanda vxore ad priuatam, & ciuilem accusationem, quæ sit ad separationem thorii, validum quidem erit, iuxta text. in p. a. f. t. cuius hic est proprius casus, cum tunc nec ius publicum offendatur, cum accusatio criminalis salua maneat, nec delinquendi occasio tribuatur, cum ad correctionem vxorem valeat accusare. Colliges hæc ex Ioan. Andr. Babarel. num. 2. Butr. 5. Abb. 14. in præsentis, & D. Barbol. in l. 2. in princip. part. 1. num. 106. ff. soluto matrimonio ac Soar. de Relig. tom. 2. tract. de iuram. lib. 1. c. 17. a. n. 14. vñque ad num. 2. quamvis ipse de ea dubitet; num. 20.

Vnde illa est notanda differentia inter iudicia ciuilia & criminalia, vt scilicet verum sit quod vbi maritus paciscitur cum vxore, & promittit eam non impetrare, seu molestatre pro adulterio per illam committendo, si tale paustum fuerit iuramento confirmatum, tunc propter iurisfundiā religionem maritus non poterit eam pro adulterio impetrare, seu molestare, quando scilicet ipse maritus voluerit agere contra vxorem adulteram ciuiliter, & ad diuinitum celebrandum, scilicet autem erit si maritus voluerit agere contra vxorem pro adulterio ciuiliter, & ad publicam vindictam, & pro interessu publico, quia isto casu maritus non prohibetur eam impetrare, & criminaliter accusare, non obstante iuramento, quia quoad interest publicum, & publicam vindictam iuramentum nihil operatur, & ad eam non se extendit. Ita Farin. fragm. criminis. p. 1. verbo dolus futurus, n. 18. 3. Buccaron. de differentiis inter iudicia ciuilia & criminalia, differ. 131. n. 12.

*Omnino dimittere.*] Id est, ipso iure, iuxta ea, quæ 14. Tiraq. in l. si unquam, verbo reuertatur, num. 6. & seqq. Ioan. Solas de legibus, quæst. 96. tract. 14. disp. 15. sell. 7. sub num. 79. Fatinac. fragm. criminis. part. 2. verbo, lex. num. 122.

*Incomplianter.*] Denotat sententiam latam, Sayt. in 2. eliani Regia, lib. 3. cap. 8. num. 27. Farin. d. verbo, lex. d. num. 11.

*Nisi penitus respiceret.*] Ergo si adultera emen, 16 data fit, & peniteat prioris vita, tunc licet maritus illam recipit, & ad reconciliationem admittit, vt per D. Barbol. d. l. 2. in princ. part. 1. n. 102. Soar. d. cap. 17. num. 14. cum seqq. Sanch. de matrimonio. lib. 10. d. sp. 13. num. 4.

In gloss. *Denuntians. fin. ibi, & castigare, cum hoc ei 17 permisum sit.* Vide Tiraq. l. 1. conurb. gloss. 1. part. 1.

## 596 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

n. 22. Palat. in reper. cap. notab. 3. in princ. n. 7. D. Barthol. in rubr. ff. soluto matrem. p. 2. n. 3. 1. cum seqq. Surd. de alimento, it. 7. q. 16. m. 4. cum seqq. Farin. in praxi criminal. p. 5. q. 133. num. 194. & 205.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Iuramentum licet ex causa necessaria etiam per Religiosos prefatur.*
- 2 *Iuramentum factum per creaturas referendo est in cretorem, obligat ad sui obseruantiam.*
- 3 *Declaratur locu Mat:b. 5. Nolite iurare omnino. &c.*
- 4 *Iurare prohibitum est, nisi ex causa necessitatis.*
- 5 *Adulterium est graue crimen ut nulla causa iustificari possit.*
- 6 *Declaratur text. in praesenti, &c. n. 7.*

### C A P. Etsi Christus. XXVI.

**M**onachi & clericis deficientibus aliis testibus possunt iurare pro Monasteriis suis. Item iuramentum cum veritate, iustitia & iudicio est licitem, quia non est malum, & ideo prohibitum, sed est bonum, & ex causa prohibitum, ut crimen. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neno. Cujac. Vinian. in rationali secundi libri iure Pontifici, pag. 226. Alagona in compendio Cris. Caronici, pag. 298. remissiū Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 15. cap. 1. 3. nouissimè Ioan. de Valboa in annis Academ. praecl. Salmant. tom. 2. pag. 302. cum egg.

**Et quoniam non sit per creaturam, &c.]** Notatur ad hoc quod iuramentum factum per creaturas referendo eas in creatorem, & ita cum relatione in Deum, verum est iuramentum, & ad sui obligat obseruantiam, ita D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 6. Abb. hic notab. 3. Sylvest. verbo. iuramentum 1. q. 4. Angel. eod. verbo, 1. §. 2. Sot. lib. 8. de iustit. quest. 1. art. 6. Conarr. in cap. quamvis paup. part. 1. §. 1. num. 5. Nauar. in man. cap. 12. num. 5. Azor. iustit. moral. part. 1. lib. 1. cap. 3. q. 5. Sayt. in clau Regia lib. 5. c. 1. n. 14. & cap. 3. n. 14. cum seqq.

**Nolite iurare omnino &c.]** Hunc locum Matth. relatum in praesenti, interpretantur D. Hieronym. & alii, teste Conar. d. n. 5. vers. non obser. & plures, quos refert, & sequitur Sayr. d. lib. 5. c. 3. n. 14. scilicet Christum Dominum prohibuisse iuramentum fieri per creaturas, nempe quando fit nulla in Deum facta relatione. Plures alios interpretandi modos colligunt ex D. Thom. d. q. 89. art. 2. ad 1. Calix. in summa contra heret. verbo. iuramentum, Sot. lib. 2. de iustit. q. 2. art. 3. & lib. 8. q. 1. art. 2. Iansen. in concordia Euangeliorum, c. 40. vers. veretur audire, Azor. d. q. 5. Ex quibus variis colliguntur explicaciones satis probabiles, inter quas non est contemenda illa, qua est de mente Sancti Thomas Iansenij, & Catechismi ex decreto Trident. super secundum Decalogi preceptum, & aliorum, ut scilicet verbum, omnia, intelligatur, id est omni casu, indistincte, semper, seu, vt aiunt, in omnibus, & per omnia, itavt sit sensus, nolite indistincte, id est, semper, & omni casu iurare.

**Sed necessitas trahere, &c.]** Notatur ad hoc quod prohibitum est iurare nisi ex causa necessitatis, Rota apud Farin. decis. 777. num. 7. collect. 1. nouiss. alias

p. 4. diuers. Cl. risus enim non prohibuit instrumentum necessarium, sed temerarium, & de fide est irrisu randi actum non esse simpliciter & generaliter in Euangelio Matth. 5. damnatum, sed esse ex se licitum, ut pote ad virtutem religionis spectantem, ut docent Castr. aduersus haereses lib. 8. verbo iuramentum, Barrad. tom. 2. concord. Euangel. lib. 7. cap. 20. Soar. relig. tom. 2. lib. 1. de iuram. cap. 2. ex num. 9. & cap. 4. & 7. Azor. iuritus moral. p. 1. lib. 1. 1. cap. 2. q. 2. Valent. 2. 2. disp. 6. quest. 7. puncto 3. statim in princ. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 42. dub. 3. num. 13. De illis tribus comitibus veritate, iudicio, & iustitia, quas in iuramento interuenire debent, vide S. Antonin. p. 2. tit. 10. c. 4. §. 1. Conar. in cap. quamvis paup. part. 1. §. 6. n. 1. Menoch. conf. 2. n. 3. D. Barbol. in l. alia, §. eleganter, n. 29. ff. b. in matrim.

**Adulterium.]** Quod graue est crimen ut nulla causa iustificari possit, ut per Surd. de alimento tit. 7. q. 16. n. 24. & 44.

**Licet ergo, &c.]** Difficilis est hic text. dum indulget Monachis facultatem testificandi in causis sui Monasterij, idque deficientibus aliis, hoc est, sub conditione si alij deficiant testes, iuxta naturam ablatini absoluti, de qua in l. a. testatore, ff. de condit. & demonstr. constat enim absque villa indulgentia secundum ius commune etiam stantibus aliis testibus posse Monachos in causa sui Monasterij testimoniun ferre, ut probat cap. in super 6. cap. suis 3. 9. cap. ruper. 51. de testib. In qua difficultate evadanda reiecta illa responsione ad hunc text. quod scilicet huic modi gratia, & indulgentia concessa Monachis testificandi in causis sui Monasterij, operetur, & supplet licentiam superioris, quæ alias interuenire debebat, ut obseruant plures, quos refert, & sequitur Rebuff. de reprobat. test. um. num. 59. Reiecto etiam alio intellexi ad verba huius text. ex Abb. num. 2. in fine, & Felin. num. 7 in cap. in super. de testib. & Auftr. de reprobat. test. um. num. 91. vers. fallit. 50. existimantibus Pontificem hic ex gratia indulgere his Monachis viiris timoratis, & ob conscientiam scrupulosam & dubiam deferre, & concedere eisdem ne in causis sui Monasterij iacent, nisi in defectum aliorum testimoni, & ita ex indulgentia remittit eis necessitatem iurandi, vbi alij adsum testes, vltra quam quod talis explicatio non satisficit, nec congruit verbis text. nam secundum illam indulgentia Pontificis non consistit in eo quod Monachi iurare possint aliis deficientibus, sed magis in eo, quod aliis stantibus iurare non tenentur, & tamen Pontifex apter dicit oppositum, & indulgentiam constituit in hoc quod aliis testibus deficientibus Monachi iurare possint, ut constat ex litera, ibi, possitis in causis cuiusdam, &c. Quare dici potest verbum, indulgemus, de qua hic, non importare nouam aliquam gratiam, vel concessionem, sed consensum, & complacentiam, & ita accipimus indulgimus, id est, facile consentimus, prout aliquando accipitur apud bonos Anteores, ut per Calepin. & Thefaur. & constat ex hoc text. in vers. precep. ibi, Paulus indulxit: constat enim per nouam aliquam gratiam non induluisse Timotheo, ut propter stomachum vteretur modico vino, quo absque vlo dubio vti paret ob stomachi infirmitatem, semora omni indulgentia, & tamen text. inquit Paulum hoc induluisse Timotheo; ad exemplum igitur Pauli Papa in praesenti indulget, id est, consentit his Monachis, ut deficientibus aliis testibus, &c.

Non enim refragantur verba illa, *aliis deficientibus,* nam reiecta explicacione Host. & alierum, qui supplet particulam, maxime, ut ita sit tentus maxime deficientibus aliis, &c. quæ explicatio offendit literam.

# De Iureiurando, Tit. XXIV.

597

literam, ut adiurit Dec. num. 10. hic, & confunditur ex litera ibi, ne ob defecum testium, &c. Multo planius respondetur si attendas Papam in discurso huius texti, totum esse in eo ut ostendat viros etiam perfectos aliquando, id est, existente iusta causa, vel necessitate, licet iurare posse, quo supposito pronuntiat, & concludit quod ubi non adiunt alij testes, & probationes in talibus causis, quae non sunt pro parte Monachorum, sed Monasterij, cuius indemnari necessariò ipsi occurre tenentur, defecutus huiusmodi testium, & probationum inducit iustam causam & necessitatem, ob quam Papa consenserit, ut Monachi, licet perfecti esse debeat salua omni perfectio, ne possint sub iuramento deponere, ut satis colligitur ex litera texti, in hoc verbo, licet ergo, sic planè ubi non deficiunt alij testes per quos Monasterij intentio probari, & laesio reparari possit, quamvis etiam tunc Monachi in testes admitti & interrogari valeant, intendunt texti, in d. cap. in super, & in d. cap. super, nihilominus significat texti, in presenti, offendit perfectionem, quam Monachorum protentur, quippe qui iam tunc non faciunt, ut perfecti, cum deficiat necessitas illa ut possint ipsi ex aliorum testimoniorum vitare iuramentum, quod perfecti viri quantum in se est, euitate debent, ut ait texti, in hoc verbo, licet, cuius verba sic intelligenda sunt.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iuramenti, que sunt contra utilitatem Ecclesiasticanon tenent.
- 2 Sententia lata contra Ecclesiam viduatam Pastore indefensam non tenet.
- 3 Episcopus dat curatorem Ecclesia Parochiali vacato.
- 4 Factum ab aliquo vti Canonico, reuocatur ab eodem Episcopo citato.
- 5 Promissiones facte à Principe seculari ante electionem reuocantur postea sequuta electione.

## C A P . Sicut. 7. XXVII.

Iuramenti, que sunt contra utilitatem Ecclesiasticanon tenent, sed sunt periuria, & pro his imponenda est penitentia. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Henric. Anch. Butr. Bald. Panormitan. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Alciat. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Ponifici. pag. 228. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 298. remissione Calal. in annos. & Ximen. concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 1. sub t. de confit. c. 2.

2 Tuderina Ecclesia vacante, &c.] Notatur ad hoc quod sententia lata contra Ecclesiam viduatam Pastore indefensam non valet, ut per Rebuff. in repetit. leg. quod insit. n. 205. ff. de re iudicata, & ideo Ecclesia Parochiali vacanti dat Episcopus curatorem, ut per Paul. Montan. de tutel. c. 2. n. 67.

4 Dum esset in minoribus, &c.] Notatur ad hoc quod factum ab aliquo vti Canonico reuocatur ab eodem Episcopo creato, ut per Abb. hic notab. Soar. de Relig. tom. 2. lib. 2. de iuram l. 3. s. 6. Flamin. de resign. benef. lib. 2. 9. 18. n. 101. vbi n. 102. resolut, quod etiam promissiones facte à Principe seculari ante electionem reuocantur postea sequuta electione, Roder. Soar. alleg. 10. n. 5. vbi refert quod hic est casus, in quo iurans ante suam promotionem in praedictum di-

gnitatis non tenetur ad obseruantiam post promotionem.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum praestitum super actu à lege infirmatio principaliter favore iurantis, licet secundario in favorem publicum, necessario est obseruandum, si non vi vel dolo fuit praestitum, & in alterius præiudicium principaliter non redundat.
- 2 Iuramentum mulieris surantis de non contraveniendo rerum dotalium alienationem, & obligatorum.
- 3 Obiciuntur contra textus conclusionem.
- 4 Iurans contra legem in sui utilitatem introductam non peccat.
- 5 Declaratur l. 1. ff. Solutio matrim.
- 6 Declaratur l. non dubium, C. de legib. & n. 7. & 8.
- 10 Statutum permittens non seruari iuramentum in aliquo casu non valet.

## C A P . Cùm contingat. XXVIII.

Q Vando quis constante matrimonio consentit in alienatoribus rerum dotalium, vel daturum uxori propter nuptias, & iurat non contravenire, hoc factum licet sit per leges prohibitum, tamen uxori tenetur iuramentum sine vi & dolo praestitum, & non redundans in alterius præiudicium, & quod seruatum non vergit in interium salutis eternæ. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Henric. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Alciat. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Ponifici. pag. 228. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 198. remissione Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 9. cap. 1.

Collige ex texti, iuramentum mulieris iurantis de non contraveniendo rerum dotalium alienatione esse obligatorum, de quo, & huius texti materia & intellectu multa tradunt Couar. in cap. quatuor pauciū, p. 2. s. 3. 4. 5. & 8. 2. n. 4. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. c. 1. & conf. 2. 2. n. 7. D. Barbol. in l. 1. p. 1. n. 69. ff. Cloto matrim. Cald. Pereira de extinct. emphyl. c. 30. n. 27. c. 39. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 5. 9. n. 3. Soar. de Relig. tom. 2. lib. 7. de iuram. c. 11. n. 14. cum seqq. & c. 10. Sanch. de matrimon. lib. 1. disp. 3. 2. & n. 12. & in præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 3. c. 12.

Obstat tamen tripliciter. Primo quia iuramentum in cuius observantia peccatum reperitur, nullam inducit obligationem, cap. si vero hoc sit, cum aliis ci-tatis à Soar. d. lib. 2. cap. 1. 4. & 18. constat autem iuramentum, de quo in hoc texti tale esse, quia mulier iurans non contravenire predicitæ alienationi violat iustam legem prohibentem scilicet fundum dotalem alienare, l. unica, §. & cinn lex, C. de rei uxoria actione, præcep. Institut. quibus alienare non licet, ac per consequens peccat; omnis namque lex humana iusta obligat, ad cui obseruantiam in foro conscientia ad culpam mortalem, vel veniale iuxta materię gravitatem, ut refolumunt Doctores citati ad c. quia in Ecclesiast. n. 5. sup. de confit. Secundo obstat quod iuramentum contra leges non admittitur, quin potius innullum censetur, l. non dubium, ibi, nec Sacramentum admittit, C. de legib. l. iurisgentium, §. si pacifcar, ver. & generaliter, ibi, nec iuriswendum, ff. de pacif, l. si quis 115. & ultim. ad fin. ff. de legat. l. at iuramentum, de quo in presenti eff.

598 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

est contra leges, patet ex hoc text. in vers. nos autem. Ergo nullo modo videtur obligatorium. Tertio ob-  
stat quod iuramentum derogans iuri publico omnino invalidum est, cap. si diligenter in fine, de foro compet.  
& tale videtur esse hoc iuramentum, quippe quod obuiat dotibus conferuandis, in quarum tamen conseruatione ius publicum versari censetur, l. i. ff. solu.  
matrimon.

Verum his non obstantibus teneenda est supradicata conclusio, quam ex hoc text. deduxi, & quicquid difficultates contra eam oppositas soluere nitantur Bart. & Doctores in l. i. qui pro eo, ff. de facie. Con.  
d. part. 2. §. 5. per totum, tan en in hunc modum breuiter solu possunt. Ad primam igitur obiectiōnem respondetur negando minorē, quia quando lex primō & principaliter bonum priuatorum intendit, non videtur transgressores ad aliquam culpam obligare, nec par est credere legiflatores id intendisse, nec contra aequitatem, reg. qua ob grāiam, de regulis iuris in 6. favor & utilitas in damnum subditorum conuertantur, qui transgreendiō legem peccato illaquantur, quo fit ut quamvis peccet mortaliter, vel venialiter iuxta materię grauitatem irans contra legem, qua primō & principaliter continet bonum publicum (nisi ex illius tenore, vel aliunde contrarium reprehendatur) cap. si diligenter, in fine ibi, illicitis passionibus de foro compet. cap. quāvīs, de censibus, nihilominus iurans contra alias leges in dubio non peccat ex intentione legislatoris, vt aduentur Paul. in repet. aub. Sacra menta num. 2. 3. & ibi Corf. num. 38. C. si aduersus vendit. Mench. de success. creat. §. 28. n. 28. Conar. in d. cap. quāvīs, p. 2. §. 6. num. 6. verf. quinto aduertendum, D. Barbos. in l. i. ff. solu. matrim. p. 1. n. 69. ad fin. Scat. d. lib. 2. cap. 20. num. 7. & 8. atqui iurantes de quibus in hoc text. (cui similis in cap. licet mulier, hoc tit. lib. 6. & in cap. quāvīs postum, de partis, eod. lib.) iurarum contra leges primō & immediatē priuatorum utilitatem continentis, hoc est, feminarum, quarum patrimonia conseruantur, & earundem facilitati occurrit, iuxta text. in fine principij, Instit. quibus alienare non licet; deinde verò mediabitibus illis redundant utilitas in Rēpubl. quam Doctores minus principalem appellant, resolvunt Conar. dicens communem in d. part. 2. §. 1. num. 1. latè D. Barbos. in d. part. 1. à num. 62. cum seqq. Valasc. conf. 1. 50. n. 16. Quod si obiciatur cum Rip. in d. l. i. n. 114. Alciat. num. 3. & 45. ac aliis, quos referit D. Barbos. d. n. 62. prohibitionem alienandi res dotales primō & immediate bonum publicum continere, propter text. in d. l. i. ibi, & Reip. interest, respondebitur illum text. recte expensum potius probare oppositum dum inquit, nam & Reip. interest, id est, etiam, vt ibi explicat gl. de cuius dictiōis natura est, vt casum exprimat magis dubium, iuxta Doctores citatos in meis remiss. de action. & claus. dift. 95. num. 4. & ita fatetur Inriscons. faciē membrum aliud minus dubium, quasi dicat non solum interest priuatorum primō, & principaliter, hoc est, mulierum, quarum dotes conseruantur, sed & Reip. interest, vt per feminas dotatas Rēpubl. liberis repletur, quod latè prosequitur multis hanc sententiam confirmans, D. Barbos. d. num. 62. & que ad num. 69. Item si vltiū obiciatur, quod si predicta leges primō, & principaliter non publicum, sed priuatum commodum contineant, vtique licet per simplex pacēm absque iuramento illis renuntiare, ex reg. l. pen. C. de partis, & cap. ad Apost. de Regul. constat autem mulieres predictis legibus renuntiare non posse, ex d. l. vni. §. & cum lex, C. de rei uxoria act. d. princip. quibus alienare, & ex l. de die 14. ff. de partis dotal. Respondebitur non ea ratione

invalidari pacēm doti praejudiciale, quod in dote consideretur publica utilitas principaliter, vt impo-  
nunt Bart. in l. i. ius publicum, iun. 7 ff. de partis, Rip. in d. l. num. 114. Gam. Lust. decil. 286. num. 1. sed potius ex eo quia lex specialiter prohibuit fauorem dotis, ne mulier propter fragilitatem dote admittet, vt ipsa nequam posset predictis legibus renuntiare, ne cauam dotis faceret deteriorem, irri-  
tum dēcernendo ipsius consensum, vt est expressum in d. princip. quibus alienare, aduerit Aretin. in l. i. cui bonis, col. pen. ad fin. ff. de verb. obli. D. Barbos. in d. p. 1. n. 6. & 68. & facit probat text. in presenti, ibi, secundum legitimas sanctiones, & d. cap. quāvīs, ibi, improbat lex Civilis. Denique si obiciatur quod quāvīs iu-  
ramentum valeat ex eo quod nullum in sui observan-  
tia peccatum includit, attamen ex alio capite non  
videtur obligatorium, in quantum scilicet obser-  
atum Rēpubl. cuius interēt dotes mulieribus conser-  
nari, & ita tertij continet praejudicium; constat autem tale iuramentum non valere, iuxta text. in pre-  
senti, ibi, ciam in alterius praejudicium, & c. cui similis in d. cap. quāvīs, in fine; Respondebitur detri-  
mentum illud Rēpubl. non est principale, neque imme-  
diatum, sed secundarium & in consequentiā quod non attendit perinde ac si non esset, argum. l. i. ff. de  
autorit. tutorum, aduerit gloss. vlt. in d. cap. quāvīs,  
recepta ultra Doctores ibi, vt per Anton. Gom. l.  
2. Tauri, num. 10. Conar. in cap. Raynaldus, §. 10.  
num. 9 de testam. Mench. de success. creat. §. 18. num. 18.  
quo fit ut verba huius text. & d. cap. quāvīs, ibi, in  
alterius detrimentum, intelligenda sunt de priori, non  
verò de posteriori, iuxta supradictā; sic alia quāvīs in  
vnō quoque negotio praejudiciale sunt vocandi  
omnes quos negotium tangit, l. i. de vnō quoque 47. ff.  
de re indic. intelligendum est de negotio primo, &  
principaliter aliquem tangente, iuxta l. i. §. pen. vers.  
denuntiari, ff. de ventre inspicere. gloss. 2. in d. l. de vnō quoque,  
recepta per omnes vt per Tiraquel. in tracta. re  
inter alios, post princ. vers. ad hac, non verò secunda-  
riō, de quo intelligitur text. in l. ex contractu 44. ff. de  
re ind. Conar. præt. cap. 13. num. 6. Pinel. in l. i. C. de  
bonis matern. p. 3. num. 48. vers. sed contraria; Molin.  
de primog. lib. 4. cap. 8. n. 3. Valasc. de iure empti. q. 10.  
num. 3. Cald. Pereira de renovat. empti. q. 10. num. 18.  
ad varias inferentes quæstiones. Cum ergo, vt ad  
rem redeamus, alienatio rerum dotalium primō &  
principaliter prohibetur, propter priuatam utilita-  
tem, semper firmatur iuramento, quod in aliis con-  
tractibus primō & principaliter prohibitis propter  
priuatam utilitatem agnoscunt Butr. hic num. 4. ab  
med. um. Abb. n. 22. vers. o. et. aus. catus, & Alciat. n. 76.  
Conar. d. part. 2. §. 3. num. 1. Guttier. de iuram. confirm.  
p. 1. cap. 40. n. 5. vers. men. obstat, D. Barbos. in l. alia. §. ele-  
gante. n. 32. & 33. ff. solu. matr. Molin. de iust. tract. 2.  
disj. 515. vers. dubium est verum, quos refert, & se-  
quitur Sanch. d. lib. 1. disput. 32. num. 12. id limitantes  
nisi contractus reprobatus esset odio creditoris, in  
cuius fauorem iuratur, veluti quando iuramentum  
iniquo metu extorquetur, quia in ipso est turpitudo,  
& tunc non confirmatur iuramento, vt colligatur ex  
hoc text. & ex cap. 2. hoc tit. lib. 6. & in d. cap. quāvīs  
postum, & in d. authent. Sacra menta puberum, qui text.  
decernit iuramentum doris alienationi, minorūve  
contractibus adiectum esse omnino feraundum (id  
est, absque aliqua dispensatione, & remedio, vt intel-  
ligit Sanch. d. disputat. 32. num. 6.) nisi vi, vel dolo  
præstitum sit ergo à contrario lēnu non est omnino  
feraudum, sed relaxationi locus est, vbi metus, aut  
dolus interfuit, & subinde contractum minime con-  
firmabit.

Ad

# De Iureiurando , Tit. XXIV.

599

6 Ad secundam obiectionem de d.l. non dubium, cum similibus ibidem adductis, dum probant non valere iuramentum actui lege prohibitum adiectum contra hunc text. & d.cap. quamvis, variae solent assignari resolutions, inter quas communis obtinuit sententia esse faciendam differentiam inter ius Civile, & Canonicum, ut scilicet illo attento iuramentum interpositum super actum prohibito non sit obligatorium, praterquam si actus sit nullus propter minorem etatem contrahentis, iuxta d.anib. *Sacramenta puberum*, inspecto vero hoc iure quicunque actus nullus confirmatur adhibito iuramento, iuxta text. in presenti, & d.cap. quamvis, & ita quoad hoc prae dictam inter vtrumque ius differentiam esse faciendam intendunt gloss. magna in 1. opinion. in presenti, gloss. verbo, de iure, in cap. liceat, hoc sit lib. 6. Alex. conf. 27. num. 6. & conf. 59. num. 7. lib. 1. Rimandal. in §. 1.m. 27. 6. In his de donat. & magis communiter agnoscit Corral. in l. qui liberos, num. 200. ff. de ritu nupti. sequitur D. Barbol. in d. l. 1. p. 5. num. 74. qui contra Alber. & alios aduertit post Abb. & Mench. iustiorem, & aquo rem esse iuris Canonici dispositionem, & ideo illam etiam in foro Ciuiili seruandam, iuxta in d.cap. licet.

7 Verum ne temere inter vtrumque ius differencia constitutatur, melius ad hunc text. cum Fortun. de vtr. fine illat. 19. num. 212. dici potest, & d.cap. quamvis, non probate, secundum leges ciuiles iuramentum de quo ibi non obligare, vel ab illis improbari, sed aliud longe diuersum, nempe improbari concessum, & patet per se absque iuramento. Nec in d.licet, iuri Canonici mentio fit, non quod iuri ciuili contrarium sit statutum, sed quia lex canonica expresse decidit iuramentum illud esse obligatorium, quod tamen lex ciuilis nunquam ita clare expresserat, & propterea merito vis huic obseruantia tribuitur iuri Canonico, ex Fortun. à n. 216.

8 Ad text. vero in d.l. non dubium, responderi potest non probare iuramentum, adiectum actibus lege prohibitis non valere, aut non esse obligatorium, sed aliud longe diuersum, nempe iuramentum non admitti, ut ipse text. ait, ad confirmandum scilicet patetum, vel actum prohibitum, de quibus supra egerat, etiam non negat textus iuramentum obligare tanquam per se stans, si in obseruancia nullum detur peccatum, neget tamen actum celebratum contra legem, & ita nullum iuramentum confirmari, ut eleganter aduertit Fortun. d.illat. 19. n. 217. Tandem ad tertiam obiectionem respondetur iuxta ea, quae dicta sunt in responsive ad primam.

9 Ne tamen tali praetextu, &c.] Notatur ad hoc quod non valet statutum permittens non seruare iuramentum in aliquo cau, cum sit nutritiū peccati & invituit homines ad delinquendum, ut per Mich. Graff. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. n. 162. ver. tertio. Et ideo contractus celebrati absque solemnitatibus statutaris regulariter sustinentur stante iuramento, quia statuta laicorum requirentia certas solemnitates, nisi fuerint à Papa confirmata non comprehendunt contractus iuratos Bart. & Angel. in l. nam & postea, §. si is, qui temporali, ff. de iure iur. Grat. conf. 41. n. 15. lib. 1. Adrian. Negusant. q. 3. n. 5. & q. 330. n. 4. Anton. Gabr. commun. tit. de statut. concl. 11. n. 1. & tit. de iure iur. concl. 1. n. 14. & 15. Conar. in cap. quamvis patetum, de patetis lib. 6. p. 2. n. 7. ver. primorum, Simoncel. de decretis, lib. 3. tit. 8. inspect. 18. n. 156. & seqq. late Hieron. Gabr. conf. 127. per tot. lib. 1. Cabal. conf. 180. n. 2. lib. 1. Marescot. var. resol. lib. 1. c. 62. n. 20. Hondon. conf. 42. n. 22. lib. 1. Burat. decis. 54. n. 4. Greg. XV. de c. 391. n. 4. Rot. dec. 199. n. 2. p. 4. diversi. & in Nurnien.

bonorum 26. F. bruarij 16. coram bonae mem. Card. Sacroto, in qua etiam fuit dictum non sufficere confirmationem in forma communi, sed requiri in ea expressam mentionem de casu iurato.

Declara tamen hanc resolutionem non procedere, quando statutum vterius progrederit expresse adiendo fidem scripturis, & instrumentis deluper contractis, tunc enim contractus iuratus non valet non seruatis solemnitatibus statutaris, nec super iuramentum interpositum illum fieri potest fundamentum, non quia statuentes laici possint directe, vel indirecte adere religionem iuris iurandi super eo expresse disponendo, quod facere nequeunt ex praeditis, sed quia adempta fides instrumentis, non constat iuramentum fuisse adhibitum, & sic tota vis iuramenti veratur circa probationem, quia tanquam iuris positivi subiectum iurisdictioni statuentium, & ideo ista sustinet Gabr. d. tit. de iure iur. concl. 5. n. 53. vers. secundo limitatus, & d. tit. de statut. concl. 11. n. 12. vers. præterea statutum, Simoncel. de inspect. 18. n. 168. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 22. n. 3. cum seqq. & priuileg. 8. 3. n. 8. 4. Cabal. d. conf. 80. n. 40. Marescot. d. lib. 1. c. 43. n. 6. Rot. in Romana militaris donationis 3. Iulij 1628. coram R.P.D. Dunzetto iun. Vnde prouent quod si iuramentum fuissest vere interpositum, & de eo constare posset alter quam per instrumentum, putata per testes, per confessionem partis, vel aliam probationem, sustineretur contractus etiam non seruatis solemnitatibus, & consequeretur effectum proper iuramentum, Socin. conf. 97. sub n. 4. & 5. lib. 1. Corn. conf. 111. sub n. 22. lib. 2. Castron. conf. 6. 1. n. 1. & conf. 75. n. 2. & 5. ad fin. lib. 2. vbi quod notarius de instrumento rogatus admittitur in testem, Seraphin. d. priuileg. 22. sub n. 12. & d. priuileg. 83. n. 84. Cabal. d. conf. 180. n. 41. & 42. Rot. in d. Romana militaris coram R. P. D. Dunzetto, refert optimè Ferentil. in annot. ad decis. 42. Buratt. ex n. 16.

In gloss. Debent, ibi, ad hoc dicat, &c. Et sic diversus est finis legis ciuiliis a fine legis spiritualis, Nam in tractat. de finibus human. actuum, num. 29. & hæc gloss. ab codem Nanar. recipitur in cap. nouit. de iudic. notab. 3. illat. 23. quam tamen falsam ostendit Conar. d. cap. quamvis pactum, p. 2. §. 1. num. viii. & in parte recipit in cap. Raynurius, §. 10. n. 9. col. 4. de testam. & in parte reprobatur Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 121.

## C A P. Sicut. iii. XXIX.

B Ello iniusto occupans terram alienam cogit il-  
lam restituere, & solvere à iuramento illos quos fortè iuramento constringit, & si renuat, est cogen-  
dus excommunicatione, & eius terra interdicti sententia est supponenda. Item qui iurauit facere ali-  
quid alicui prominent etiam aliud, si una pars non obseruat promissum, altera pars non tenetur ad iu-  
ramentum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Henric. Anch. Burr. Bald. Panorm. Guid. Papae. Martin. Vran. Alexand. de Neuo. Cujac. Viulian. in rationali secundi libri iuris Ponif. pag. 229. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 298. remissiu-  
Ximen. in concordant. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretalium, lib. 2. iii. 9. cap. 2.

In iustitia bellum moverit, &c.] Auctoritas belli inducit indi penes quem refideat, vide Petr. de Monte de monarchia, q. 5. n. 7. Restan. de Imper. q. 10. a. 1. Lauden.

## 600 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

Lauden. de bello, q. 2. & 3. de repress. n. 9. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 16. n. 151. Garc. Mafril. de magistr. lib. 3. c. 10. n. 168. Belli iusti & iniusti quod sit discrimen, vide Galganet. de iure publico, lib. 4. tit. 16. n. 40. vbi n. 48. dicitur quod iniustum bellum inducens tenetur ad omnia damna.

### S V M M A R I V M.

- 1 Clerici qui non habent temporalia à laicis, non debent eis fidelitatem iurare.
- 2 Ius Canonicum aliquando ius diuinum, & num. 3. vocatur.
- 3 Clerici à Rege temporalia habentes cogi possunt ei iuramentum fidelitatis prestare.

### C A P. Nimis. XXX.

**C**lerici qui non habent temporalia à laicis, non debent eis fidelitatem ingere, nec laici hoc erigere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neno, Cujac. Viuiian. in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 230. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 299. defumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. c. 33. remissiù Ximen. in concord. part. 1. & 2. & refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 9. c. 3.

**D**e iure Diuino, &c.] Aliquando ius ipsum Canonicum, ius Diuinum vocatur, vt per Marant. de ordin. indic. p. 3. n. 32. Tiraq. in prefat. retract. tit. 1. n. 11. Azor. in ist. mor. p. 1. lib. 5. c. 1. 2. ver. ad illud, vbi refert Concil. Later. in praesenti ius Diuinum propriè, & strictè dici, & Valaf. conf. 100. n. 9. intelligit hic ius Diuinū pro Pontificio, quia largo modo Diuinū dici potest.

**C**um viros Ecclesiasticos nihil tempore, &c.] Notatur ad hoc quod Clerici non habentes temporalia à Rege non possunt cogi ei iuramentum fidelitatis prestatre, vt per Valaf. c. consult. 100. n. 12. Et à contrario sensu videtur quod si temporalia obtineant, tenebuntur, vt per Duen. reg. 100. ver. 1. fallit. o. t. a. u.

### S V M M A R I V M.

- 1 Iurans non esse contra aliquem potest in causis propriis & Ecclesie sua esse contra eum.
- 2 Defendere aliquem promittens intelligitur contra alios, non contra seipsum.
- 3 Interpretatio sumenda est per quam excusat quis à peririo.

### C A P. Petition. XXXI.

#### Honor. III.

**I**vramentum quando extorquetur à clericis, quo iurant se non acturos contra Principem, hoc non obstante clerici possunt agere contra eum pro iuribus, & honoribus Ecclesie, & pro propriis defendendis, non tamē possunt nocere, vel machinari contra personam Principis, vel amissionem principatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Henric. Boich. Bald. Butr. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neno, Cujac. Viuiian. in ration. secundi libri

iuris Pontif. pag. 231. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 299. remissiù Ximen. in concord. p. 1.

Probat hic text, quod promittens aliquem defendere intelligitur contra alios, non verò contra seipsum, vt per Menoch. conf. 2. 1. n. 40. & conf. 18. 2. n. 3. cum seqq. Sanch. de martr. lib. 4. disp. 7. n. 9. Surd. dec. 3. n. 2. 1. & de alimentis, tit. 9. q. 91. n. 3. & 9. 110. n. 4. Sayr. in clavis Regia, lib. 5. c. 7. n. 6. vbi resolutus, quod si quis alicui tertio iurauit se daturum ei opem, & nunquam ei aduersaturum, si is tertius in iurantem, & fuos velit insurgere, tunc qui iurauit contra iuramentum, non faceret ius suum, & suorum, defendendo contra illum tertium.

*Interpretatione congrua declaramus, &c.]* Notatur ad hoc quod interpretatio sumenda est, per quam excusat quis à peririo, vt per Surd. dec. 58. n. 4. quia testium dicta sunt iuranda, non cauillanda, Paris. conf. 8. 7. num. 41. volum. 3. Rebuffi. de reprobatione, testium, n. 9. Menoch. de presumpt. lib. 5. pref. 2. 5. n. 12. Gonza. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. in annot. num. 96. Farin. in praxi crimin. p. 2. quest. 6. 5. num. 7. 4. & 9. 6. num. 43.

In gloss. Specialibus, vlt. ibi, tamen contra se non tenetur, &c. Nec contra descendentes, vt per Surd. dec. 9. 91. n. 3. Nec contra compatrios, ex Tiraq. in l. s. vñ quam, verbo, suscepit filios, n. 3. 4. Nec contra maximum amicum, vt per eundem de pœnâ tempor. c. 42. n. 47. & c. 51. n. 78.

### S V M M A R I V M.

- 1 Usurarii in causa potest index etiam sub censuris in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probatio[nibus] accipere iuramentum à partibus de veritate dicenda.
- 2 Confessio de credulitate facta per partem aquæ praeditac sicut ea, qua sit de veritate.
- 3 Index ex officio pro eruenda veritate potest iuramentum in supplementum probationis deferre quandoque sibi videbitur.
- 4 Confessio partis per verbum credulitatis facta in illic, qua sibi praetudicum faciunt, validabit, & probationem facit, quantumcumque causa seu ratio concludens deficiat.

### C A P. Ex literis. XXXII.

**Q**Vando agitur de usurariis potest index in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probatio[nibus] accipere iuramentum à partibus de veritate dicenda, cogendo eas censuris appellatione remota. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostienf. Anch. Butr. Bald. Panormit. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neno, Cujac. Viuiian. in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 231. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 299. remissiù Ximen. in concord. p. 1. & 2.

**C**um ex fama quasi notorium, &c.] Notatur ad hoc quod confessio de credulitate facta per partem aquæ praeditac, sicut ea, qua sit de veritate, vt per gl. vlt. hic, & Bellacomb. tom. 2. commun. opinion. lib. 7. sit. 19. n. 82. pag. 291.

In gloss. Veritate, ibi, Iuramentum illud de dicenda, veritate, &c. Eodem modo potest index ex officio pro eruenda veritate iuramentum in supplementum probationis deferre, quandocunque sibi videbitur, etiam parte non petente, vt per Bellacomb. tom. 1. commun.

# De Iureiurando, Tit. XXIV. 601

commun. opin. lib. 4. tit. 1. n. 131. vers. subiicit, pag. 441; Seraph. de priuilegiis iuram. priuileg. 3. n. 195. Steph. Gratian. Marchia decis. 36. n. 11. & 12. Bernard. Mufcatel. in sua praxi aurea. Ciuiili Neapol. p. 7. gloss. conclusio. n. 34. Valasc. conf. 43. n. 17. cum seqq.

In gl. Occultat. fin. ibi, quia equè praividicat confessio de credulitate, sicut, &c. Collige ex gloss. confessionem partis per verbum, credulitatis, factam in illis, quæ sibi praividicunt faciunt, validam esse, & probationem facere, quantumcumque causa, seu ratio concludens deficiat: eadem sententiam tenet Bald. in l. de tute, n. 5. C. de integr. rest. Ialon. n. 10. in fin. in rub. ff. hoc tit. Anch. in c. 2. de confessi. l. 6. apertius in o. 1. n. 5. de iuram. column. ed. lib. Pro quibus facit l. 2. §. quod obseruari, ibi, quod quisque credit, & existimat, hoc est seruandum. C. de iureiurando. proper calum. Facit etiam, quia licet per verbum, credulitatem, deponatur, & ita tanquam dubius nihilominus tamen in effectu de facto ipso vtpote suo de quo interrogatur secundum suam scientiam depolare dicitur, probat text. in d. §. quod obseruari, quod quidem est sufficiens ad faciendam probationem validam. Licet enim responsio testis sine concilienti causa, vel ratione de credulitate deponentis certitudinem non contineat pro ea, quæ refolunt DD. in cap. quoties de testib. nihilominus tamen responsio partis illam continere censemur cum deponas de facto proprio, respectu cuius ignorantia ipsius deponentis non praesumitur, sed potius scientia, docet eleganter Imp. in d. §. quod obseruari, ibi, scire possunt causam, iunctis verbis precedentibus.

## S V M M A R I V M .

- 1 Alienans bona dignitatis sue inualide facit, & ipso met renocare debet, non obstante iuramento de non renocando, maxime si prius iurat non alienare.
- 2 Princeps res Regia Coronæ alienare non potest.
- 3 Declaratur testi in presenti.
- 4 Rex non potest Regno servitatem imponere.
- 5 Princeps quando committit iurisdictionem aliqui, nunquam censemur eam se in totum abdicare.
- 6 Altius quando est illicitus, iuramentum illi addbitum est nullum.

## C A P. Intellecto. X X X I I I .

**C**onstitutus in dignitate etiam laici, vt Rex, non potest alienare in praividicione sui Regni, seu dignitatis, & honoris sui, & si alienando iuravit non reuocare alienationem, iuramentum non tenet, & potest reuocare, maxime si iuravit de non alienando in sua coronatione. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Anch. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papa, Mart. Vran. Alex. de Neu. Cened. collect. 109. Vivian. in ratione secundi libri iuris Pontifici. pag. 232. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 299. remissio Ximen. in concord. part. 1. & 2. & Casal. in annot.

2 Collige ex test. Principes res suæ Regia Coronæ donare, aut alienare non posse, de quo, & quibus causibus hoc locum habeat, vide Tiraq. de indic. in rebus exiguis, vers. 7. 4. Cou. in cap. quantus paullum, p. 2. §. 2. n. 4. Socin. reg. 43. 9. Petr. Martin. in c. afferre, de pref. verbo, respondit Rex, à n. 3. Barthol. Humad. 8. gloss. 3. à n. 1. tit. 1. p. 2. & 1. 14. gloss. 2. tit. 5. p. 2. Caffan. in catalogo gloria mundi, p. 5. consider. 19. Gregor. l. 5. verbo, que nunqua, tit. 15. p. 2. & 1. 28. tit. 11. partit. 3. Seraphim:

Tom. I.

de priuilegiis iuram. priuileg. 75. à num. 44. in fine, Franc. Marc. decis. 87. Perez. l. 1. gloss. 1. pag. 39. tit. 2. lib. 1. Ordinat. Natt. conf. 6. 38. n. 46. vol. 3. Grat. conf. 1. 47. vol. 2. Soc. iun. conf. 6. 6. n. 33. vol. 3. Roland. conf. 2. n. 95. cum seqq. vol. 1. Ozaf. deos. 139. Anna pater alleg. 6. 9. n. 4. à Pointe de potestate Proregis in ist. de tr. n. 30. Rip. lib. 1. respons. c. 1. n. 5. & 34. decis. Pedem. 139. n. 2. Mich. ab Aguirre de success. Regni Portugallie, p. 1. n. 159. Valenzuel. discurs. stat. & belli, p. 2. conf. 2. n. 26. Azored. l. 3. n. 2. tit. 1. 1. lib. 5. nona recip. Mench. in l. 5. quando, §. illud, n. 38. C. de inofficio testam. & de success. creatione, lib. 2. §. 18. n. 155. & illustr. c. 3. n. 3. & c. 4. & 5. n. 25. Kirchou. tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 32. n. 132. pag. 416. Molin. de primog. lib. 1. c. 3. n. 17. & 18. Menoch. conf. 1. n. 40. & n. 30. & conf. 2. n. 27. 4. c. 1. n. 40. Rebuff. ad l. 28. ff. de verborum signif. pag. 162. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 1. §. 1. n. 10. Peregr. de iure fisci, lib. 1. tit. habentes iura fisci, n. 70. Matienf. 1. 3. gloss. 7. tit. 10. lib. 5. nona recip. Valasc. conf. 1. 32. num. 2. Cabed. Lusit. decis. 17. & decis. 40. n. 16. p. 2. Cened. ad Decret. concl. 109. n. 2. quorū plures magis communiter huius text. conclusionem intelligent procedere tantum in ea alienatione, quæ graniter dignitatem imperij ac Regni diminicerit, non autem si modica illa esset, quia cum propriū sit Principum donare, c. 2. de donat. permittendum ei est ut cum prudentia liberalitatem exerceat.

*Non obstante iuramento, &c.]* Advertit Azor. in fit. 3 moral. p. 1. lib. 12. cap. 6. quest. 3. vers. obiicias, quid in praesenti alienationes à Rege Hungar. contra iuramentum factæ, non tantum rescinduntur, quia contra iurandum facta fuissent, sed etiam quia cum iactura, & detimento Regni, & ideo, etiam si nihil Rex ipse iurasset, pariter dissoluenterunt, tanquam communis Reipub. saluti, & bono perniciose. Tenetur enim princeps successorini individualitatem seruare, Bald. conf. 30. vol. 5. Peregr. loco citato sub n. 3. Lanar. conf. 1. num. 15. Canil. de Curte in diuers. iuris feudal. p. 1. in verbo licet, n. 30. Menoch. conf. 1. sub num. 40.

*Iura Regni sui, &c.* Et ideo non potest Rex regno à feruitatem imponere, vt per Oldrad. conf. 2. 31. Mart. Laudem. de primog. quest. 15. Tiraquell. de iure primog. quest. 6. num. 7. Lanar. d. conf. 1. num. 16. Cald. Pereira de extirpi. emphys. c. 11. n. 5. nec tenetur alienationem factam per predecessorem de aliquibus ex regalibus ratam habere, Tiraquell. de iure primog. quest. 35. num. 19. & 20. Mench. illustr. cap. 5. Peregr. d. 11. habentes iura fisci, num. 70. Cum ideminet concedens possit reuocare, Paul. de Castro conf. 70. n. 6. volum. 1. Roland. conf. 2. n. 100. vol. 1. Camill. de Curte ubi sup. à num. 100. Vnde princeps quando committit iurisdictionem aliqui, nunquam censemur eandem à se in totum abdicare, Aviles ad c. 1. Praetor. gloss. 1. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Ca. cel. §. 2. proam. num. 9. Cald. Pereira de empione, cap. 26. num. 20. Supremam enim dignitatem, & iurisdictionem à se Princeps abdicare non potest, nisi donet Ecclesia, vt tenent Bald. in praesenti, Tap. in rubr. de constitut. Princip. cap. 4. num. 16. nitilque de illa potest iurum transference, Natt. conf. 402. num. 20. & conf. 636. num. 52. & conf. 640. num. 43. Camill. de Curte loco citato, num. 25. & ideo non valet priuilegium pet quod quis eximitur à suprema Principis iurisdictione, Petra de potestat. Princip. c. 32. in 2. dhabit. num. 22. 5. quia supremæ iurisdictiones sunt sacra factorum, nec stant in mansueto Principis, Bald. in praesenti, & conf. 324. volum. 1. Roland. conf. 1. num. 115. vol. 2. Petr. ubi proxime, num. 22. 3. Peregr. d. loco, num. 71.

Eee

Illicitum

**5** *Ilicitum profecto fuit, &c.] Notatur ad hoc quod quando actus est illicitus, iuramentum illi adhibitum est nullum, & penitus non obserandum, ut per Sanch. de matrim. lib. 6. diff. 13. n. 5. de quo tamen vide Suan. tom. 2. de Relig. lib. 1. de iuramento, c. 30. n. 2. & 9.*

**S V M M A R I V M.**

- 1** *Mulier si iurauit aliquem esse suum maritum, & subiunxit, non datur nec denegatur ei licentia, cum alio contrahendi.*
- 2** *Mulier testis esse non potest in causa matrimoniali.*
- 3** *Confessio nunquam nocet reo quando appareat quod contra ipsum est sententiatum.*
- 4** *Iuramentum in supplementum probationis non deferitur in causis matrimonialibus.*

**CAP. Mulieri. XX XIV. Greg. IX.**

**1** *M*ulier si iurat coram iudice aliquem esse suum maritum, & non probat quod iurat, unde index absolut virum, non debet huiusmodi iudex dare licentiam mulieri, vt nubat alteri, ne videatur auctor periurij, nec debet prohibere hoc, ne forte impedit legitimum matrimonium, sed potest totum relinquere conscientia mulieris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Anch. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papa. Martin. Vran. Alex. de Neuo. Cujac. Viuian. in rationali 2. libri iuris Ponif. pag. 233. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 300. remissiuue Ximen. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

**2** *Probationes alias non habent, &c.] Quia in causa matrimoniali mulier testis esse non potest, ut per Duen. reg. 315. ampliat. 1. vbi contrarium dicit receperum, sequuntur Tiraq. l. 9. commib. glof. 1. p. 9. n. 64. & de pennis temper. c. 51. n. 47. & seq. Mafcard. de probat. concl. 762. n. 6.*

**3** *Nec hac ei decimus prohibendum.] Notatur ad hoc quod confessio nunquam nocet reo, quando appareat quod contra ipsum est sententiatum, ut per Hippol. conf. 20. n. 62.*

**4** *In glof. Absoluto 1. ibi, nunquid deferretur ei iuramentum, &c.] Notatur ad hoc quod iuramentum in supplementum probationis non deferatur in causis matrimonialibus, ut per Mafcard. de probat. concl. 954. n. 43. & latius concl. 100. Fulu. Pacian. eod. tr. lib. 1. c. 39. n. 22. Caroc. in tract. de iuram. decisio. q. 4. nona princ. Seraph. de prinileg. iuram. prinileg. 33. Farin. in praxi crimin. q. 47. a. n. 65. Franc. Molin. de riu nupl. lib. 1. comparat. 15. n. 4.*

**S V M M A R I V M.**

- 1** *Statuta edita qui promisit seruare, & postea per illud iuramentum aliter non iurando promisit seruare edenda, seu postea edita, non tenetur ex iuramento ad nouiter edito.*
- 2** *Clericus iurans seruare statuta sua Ecclesia non tenetur ex vi iuramenti ad nouiter edita.*
- 3** *Declaratur text. in praesenti, & n. 4.*
- 5** *Iuramentum an possit extendi ad diem prorogatum & ostenditur.*
- 6** *Iuramentum semel iam praestitum non potest extendi ex solo consensu & voluntate iurantis ad alium casum.*
- 7** *Iuramentum simpliciter praestitum seruandi statuta alicuius Communis, minime extenditur ad futura nisi expresse iurans declare.*
- 8** *Fidem violans mitius punitur quam perinus.*

**C A P. Clericus. XXXV.**

**Q**ui iurat seruare statuta iam edita, & deinde per idem iuramentum promisit seruare alia statuta postea facienda, licet ex promissione teneatur ad haec, non tamen ex iuramento. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Anch. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papa. Martin. Vran. Alex. de Neuo. Cujac. Viuian. in rationali 2. libri iuris Ponif. pag. 233. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 300. remissiuue Ximen. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem concl. ex hoc text. deflumunt Butr. in c. ab excommunicato, n. 23. de rescriptis. Cotta in moral. verbo, iuramentum, Cou. in cap. quamvis pactum, p. 1. in initio, n. 1. Tiraq. l. 16. commib. glof. 7. a. n. 121. 189. & 199. Sylneft. verbo, iuramentum 4. 9. 2. 3. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. c. 40. n. 23. Azor. insti. moral. part. 1. lib. 11. c. 2. vers. tertia opinio, Sayr. in clavi Regia, lib. 5. c. 1. n. 10. cum seqq.

Ratio autem huius decisionis ea communiter sollet assignari, propterea in specie huius text. clericum non teneri ex vi iuramenti, quia in iuramentis requiritur, ut ipsa nominativum, & specialiter verbis exprimantur, vel mente concipientur, ac per consequens non sufficere, quod sicut per relationem ad aliud, sic limita reg. l. affe toto 7. ff. de heredibus instituend. & l. ait Prator. §. si index, ff. de re iud. cum similibus, qua non obtinent quoties pro forma, & nominativum requiritur expressio alicuius rei: sic in Clem. appellanti, de appellat. vbi ab appellatione interlocutoria requiritur nominativum expressio grauaminorum, propter qua apppellatur, non suffici ea exprimere per relationem ad acta, ut per Marant. de ordin. iudic. p. 6. c. de appell. n. 141. Cou. in c. Raynatus, §. 11. n. 3. de tisam. multos, quos refert. Tiraq. d. glof. 7. n. 190. Unde cum iste clericus explicitè non iurauerit se statuta de novo seruare, sed referendo se ad iam praefitum iuramentum, merito ait text. illum ex vi illius non obligari, facit etiam, quia iuramentum requirit formalem expressionem verborum, ut adiungit Hippolyt. sing. 41. 5. Menoch. conf. 37. n. 48. & 49. tum etiam, quia nemo tenetur iurare, aut cuffodiare statuta, que sibi non fuerunt tradita, nec obligari ad statuta post tale iuramentum condita, Aniles ad c. praeitorum in proem. in glof. en los casos, n. 3. fol. 20.

Verum huismodi intellectus non videtur admittendus ex eo, quia non est iure certum, quod quando aliqua dispositione requiritur nominativum expressio alicuius rei, non suffici illam exprimi per relationem ad eum locum, in quo ipsi res apte continentur, ut adiungunt multi, de quibus Tiraq. d. glof. 7. a. n. 121. tum etiam, quia ad iuris iurandi substantiam verbis opus non est, ut resolutus Azor. insti. moral. p. 1. lib. 11. c. 9. 4. cum sine villa verborum prolatione Deus adduci possit in testem, ex Couar. in d. cap. quamvis pactum, in princ. n. 4. vers. 3. Sayr. in clavi Reg. lib. 1. c. 1. n. 8. Quare dicendum potius videtur propterea Clericum promittentem per idem iuramentum non teneri ex vi illius, quia iuxta legitimam verborum sensum presumuntur illum non intendisse de novo iurare, noluit enim extendere causam, nec substantiam, & ita iuramentum ipsum iam praestitum, sed voluit tantum extendere vinculum, id est, effectum iuramenti ad casum sub illo non comprehensi, quod quidem in eius potestate non erat, quia effectus ille obligandi, & ita vinculum non potest dari absque sua causa, & iuramento, & cu clericus iuramentum, & dictam causam non extenderet, non potest exten-

# De Iure iurando, Tit. XXIV. 603

extendere effectum, qui sine sua causa existere non potest, iuxta c. cum cessante, de appellat, ac subinde sicut cedit regula, quod potius, nolui; quod volunt adimplere nequit, habetur in cap. c. super 2. 3. de officio delegati. Ex quibus colliges veram esse sententiam Abb. in praesenti n. 4. Sylvest. verbo iuramentum 4.9. 2. 3. & Cou. in d. cap. quamvis pactum, p. 1. in initio, n. 6. ver. decimo illud est, contendit hunc text. non obtinere in foro conscientiae, si per illa verba clericus haberet intentionem iurandi nouum statutum, tunc enim cum non intendat vinculum prioris iuramenti extendere, sed intendat in ipsam substantiam, & in ipsum iuramentum & formam, quam iam praestitit, sequitur quod de nouo iuravit per illam rem sacra, per quam prius iuraverat. Deinde colliges neque etiam hunc text, obtinere in foro exteriori, quoties ex aliquibus verbis, & coniecturis possit deprehendi mens, & intentione jurantis; sic sane si quis iuramento iam praestito super aliqua re dicat, postea promitto, & iuro per idem iuramentum me id facturum, judicabitur etiam iuramentum in foro exteriori, quia tunc propter verbum iuro, prae sumit illum non intendisse prioris iuramenti vinculum extendere, in modo potius se renuisse ad iam praestitum iuramentum, & ita de nouo iurasse, ut resoluunt proxime citati.

Vtrum autem iuramentum possit extendi ad diem prorogatum, id est, an qui iuravit soluere, tenetur ex vi iuramenti ad solendum die prorogato? controversum est, nam Zabar. in Clem. 1. §. nos itaque q. 5. hoc dicit. Bald. cons. 4. 3. lib. 1. 8. Dec. in cap. de causis, n. 7. de officio delegati, resoluunt per iurum non committere, quia alias fieret extensio iuramenti ad tempus prorogatum ab eo, qui iuravit, non comprehendendum, & ita ad euentum incogitatum, sequitur Ctr. Philip. p. 1. lib. 2. cap. 4. n. 4. Sed contraria sententiam tenent Felin. in c. 1. col. 2. hoc tamen in c. 2. n. 3. 4. de sponsal communis, ut per Dec. vbi supra, n. 7. ver. sed advertendum, Bero. n. 1. 2. & alios in d. cap. de causis, Couar. in d. cap. quamvis pactum, p. 1. initio, n. 6. ver. quinto, Guttier. de iuramento confirm p. 2. c. 49. n. 20. Sayr. d. c. 1. n. 11. quia quidem opinio multo probabilior est, ex eo quia is, qui iuravit creditori soluere intra mensem, duo iuravit, nempe, & solutionem, & eam non differendam ultra mensem, unde quamvis tempus fuerit prorogatum, nihilominus ad iuratum solutionem ex vi iuramenti manet obligatus, quod quidem confirmatur ex L. Celsius 28. §. 1. ver. sed ipsa, ff. de dolo. Facit deinde, quia prorogatio confiter facta cum omnibus clausulis, & qualitatibus, que inerant termino prorogato, ut docet post alios Cou. d. n. 6. in principe. Nec facit pro contra opinione text. in presenti, agit enim, ut dicit Sayr. d. c. 1. n. 11. de extensio ad rem distinguit, quia iuramentum hic praestitum fuit super statutis iam eo tempore editis, relatio autem, & extensio postmodum sequuta ad iuramentum, agit de statutis editis post primum iuramentum, & sic de re distincta ab ea, qua in primo iuramento tractatur: at vero vbi iuramentum, & eius extensio super eandem rem contingunt (ut accidit in causa praeposito) procul dubio missio sub iuramento praestita extenditur etiam ad tempus prorogatum, ita ut per iurum sit nisi intra terminum prorogatum satiascat.

Per idem iuramentum, &c.] Notatur ad hoc quod iuramentum semel iam praestitum, non potest extendi ex solo consensu, & voluntate iurantis ad aliud casum nisi iterum iuramentum illud praestitur, & per Cou. in c. quamvis, p. 1. initio, n. 5. Sayr. in clavi Reg. l. 5. c. 1. n. 10. vbi tenet hic non agi de iuramento mente concepto, sed potius de extensione iuramenti, quia text. negat fieri posse ad casum non contentum, quando-

Tom. I.

jurat absque novo consensu, & intentione iurandi de nouo; quo sensu accipitur hic text. Sanch. in precepta Decalogi, lib. 1. c. 20. vbi n. 2. 1. declarat, nisi constaret de foro anima, vel judiciali, hunc intendere per illa verba denud iurare, tunc enim tenebatur virtute iuramenti, & n. 2. 2. tenet quod vim iuramenti, & ad incurandum per iurum fatis non esse relationem ad aliud iuramentum, et si ea fiat, per ipsummet iurantem, nisi denud iurare intendat.

<sup>7</sup> Non tenetur ad illius obseruantiam, &c. Notatur ad hoc quod iuramentum simpliciter praestitum seruandum statuta aliquius Communis minimè extenditur ad futura, nisi expressè iurans ad futura id extendere velit. Ratio est, quia iuramentum ob per iurum periculum, & ob detrimentum, quod sequi potest, triquetus iuris est, & interpretationis, ita ut non comprehendat id quod verba late significant; tum etiam, quia cum futura sint incerta, & dubia grauesque, ac molestos exitus interdum habere soleant, non est verisimile iurantis intentionem ad ea pretendi, aut fore ut ea iuraret, si menti occurrerent. Quare ita colligunt in praesenti Butt. n. 1. notab. 1. Bald. etiam n. 1. Alex. de Neuio a n. 1. 3. Sylvest. verbo iuramentum 4.9. 2. 3. Petr. de Ledesma in summa tom. 2. trah. 2. 1. cap. 5. sub. 2. covol. 2. Angel. Armil. & Tabien. quos refert, & sequitur Sanch. in precepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 14. n. 1. vbi intelligit cum Bald. & Alex. de Neuio nisi nouum illud statutum ad solium veteris declarationem edetur, vel ad tacita in antiquo statuto declaranda, ad illud enim extenderetur illud iuramentum, quia tunc non est nouum statutum, sed idem cum veteri; & idē Sanch. d. c. 14. n. 8. resoluti nō esse iuramenti transgressorem, qui statuta aut non licita aut non possibilia minime feruunt & n. 8. tenet nec virtute illius iuramenti obligari iurantem ad obseruanda ea statuta quæ aliqua ratione non obligant, ut quia recepta non sunt, vel in desuetudinem abiurant, & n. 10. idem est dicendum putat, si huiusmodi statutum revocetur per potentem rex care.

In gl. Quod promisit, ibi, nec refert quantum ad obseruationem, an per iuramentum, an per salam fidem promisit ad fratribus, &c. An autem ista fidei præstatio, & interpretatio que communiter adhibentur in chirographis, & in aliis scripturis priuatis, sit iuramentum, vel quæ fides dicatur, & an index Ecclesiasticus sit competens ad compellendum laicum soluere chirographum, quod sub hac fide soluere promisit, vide Sylvest. in summa verbo iuramentum, il. 1. n. 7. Sot. de iustit. lib. 8. q. 1. art. 1. Nau. in man. c. 12. n. 2. Crauer. cons. 2. 4. 1. n. 11. Cou. in c. quamvis pactum, p. 1. §. 2. n. 2. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. c. 1. n. 3. Guttier. in auth. Sacra menta publica, n. 1. 45. C. de si aduersus vendit. Læl. de Zanchis de priuilegiis Ecclesie priuilegiis 9. ex n. 6. Art. Scap. de iure non scripto, lib. 3. c. 5. n. 17. Perez l. 1. ver. quare solet virum, tunc lib. 8. Ordin. pag. 186 Ferdinand. Medina lib. 1. disp. iur. c. 6. q. 3. pag. 2. 4. cum seqq.

In ead. glossa ibi, Credo tamen quod maior, &c. Notatur ad hoc quod fidem violans, mitius punitur, quam per iurum, ut per Surd. de iur. l. 3. 4. n. 1.

## S V M M A R I V M

1. Iuramentum delatum à iudice nullus sine iusta causa recusare potest, sed bene si detur à parte.
2. Index quibus ex causis alteri ex paribus iuramentum deferre possit, remissum.
3. Querelarii an possit peierans in iuramento litis decisio.
4. Actione famosa si agatur insurandum relatione deferi non potest.

Bes. 2. Alter.

# 604 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

- 5 *Actore nil il probante reus absoluatur.*  
 6 *Iuramentum suppletorium quando deferendum reo  
et non actoris ostenditur.*  
 7 *Iuramentum suppletorium datur in matrimonialibus  
causis, ubi adest plusquam semiplena probatio.*

Mascard. de probat. concl. 103. n. 5. Setser. de iuramentis. lib. 4.  
c. 14. sub n. 12. Mancin. in simili tract. p. 2. art. 6. n. 10. vbi  
declarat, nisi essemus in matrimonio clandestino,  
quia tunc iuramentum etiam in supplementum non  
defertur, etiam quod fuerit plusquam semiplenè  
probatum.

## CAP. Iuramentum. XXXVI. & fin.

- 1 *Iuramentum litis decisorum à indice delatum sine  
insta causa recusari non potest, delatum vero à parte  
licite recusat; in actione vero famosa non licet  
reto deferre iuramentum. Colligunt ex Ordin. Abb.  
antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol.  
Anan. Panorm. Anch. Host. Henric. Boich. Bald. Butr.  
Guid. Papaz. Mart. Vran. Alex. de Neu. Cujac. Vin. in  
ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 134. Alagona in  
compend. iuris Canon. pag. 300. remissiū Ximen. in  
concord. p. 1. & 2.*  
 2 *A te parti delatum, &c.] An, & quando, & ex qui-  
bus causis index alteri ex partibus iuramentum de-  
ferre possit, vide Menoch. de arbitr. casu 190. & de  
pr. 3. lib. 1. praf. 8. 2. & 8. 3. Et quid si pars peierat  
in huiusmodi iuramento litis decisorio, an possit  
fieri querela, seu accusatio, vide Donel. comment. iuris  
Civilis. lib. 24. c. 9. col. 1. Fachin. controver. iuris. lib. II.  
c. 28. Caroc. de iuram. decisio. 3. p. 9. princ. n. 6. Guttier.  
de iuram. confirm. p. 3. c. 7. à n. 10. Cald. Pereira de empt.  
c. 19. n. 24. Melch. Phœbēs Lusit. decis. 69. n. 7.*  
 3 *Nec licet committit famosa actione, &c.] Notatur ad  
hoc quod si famosa actione agatur, tunc in iurandum  
delatum referri non potest, ne minus si illud index  
detulerit, vt per Galganet. de iure publico, lib. 2. tit. 3. 4.  
n. 5. & ideo in causa famosa iuramentum in supple-  
mentum probationis non defertur, vt dixi in collect.  
ad c. 2. n. 48. sup. de probat.*

## S. Sanè.

*Actore nil probante reus est absque omni onere  
absoluendus; si vero est presumptio pro actori, de-  
fertur iuramentum reo ad ostendandam suam inno-  
centiam, & si index consideratis circumstantiis perso-  
natum, & causa indicet actori deferendum, illi, &  
non reo dare debet. Colligunt Doctores in principio  
textus citati.*

- 5 *Hanc eandem conclusio quod eius primam partem  
ex hoc text. desumunt Duen. reg. 12. Menoch. de arbitr.  
casu 98. n. 16. Clar. lib. 5. §. fin. q. 6. n. 1. Seraph. de pri-  
uilegiis iuram. priuile. 24. n. 1. Mascard. de prob. concl. 36. Surd.  
de alimentis. tit. 9. q. 12. n. 7. cum seqq. & c. 5. 328. n. 1. Flamin. de resign. lib. 11. q. 14. n. 10. Cardos. in praxi iu-  
dicium, verbo, actor, n. 4. Flores ad Gam. decis. 36. n. 2.  
plures refert Cened. ad Decret. collect. 125. n. 1. quibus  
adde Couar. var. lib. 1. c. 1. n. 8. Trentacing. var. lib. 2. tit.  
de probat. resol. 2. n. 1. & n. 16. Mendez à Castro in praxi  
Lusit. lib. 5. c. 1. n. 9. 5. & alios plures relativos in libello de  
principiis utrinque iuris, lit. A. n. 30.*

- 6 *Rō deferri potest. Notatur ad hoc quod iuramen-  
tum suppletorium deferendum est reo, & non actori,  
quando actor pro se vnam probationem habet, &  
reus alteram, cum index propensior esse debeat ad li-  
berandum, vt per Mascard. de probat. in proem. q. 9. n. 2.  
Menoch. casu 109. n. 19. quos refert patens meus in  
remiss. ad Ordin. Regiam Lusit. lib. 4. tit. 5. 2. in prime.*

- 7 *In gloss. fin. Notatur ad hoc quod iuramentum in  
supplementum probationis datur in matrimonialibus  
causis, ubi adest plusquam semiplena probatio,  
vt per Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comp. 15. n. 5.*

## De Exceptionibus.

### TIT. XXV.



VPER hanc rub. scripterunt Zabarell.  
Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Alex.  
de Neu. Panorm. Dec. Felin. Mar.  
Socin. Guid. Papaz. Manua. Petr. de  
Rauen. in compend. iuris Canon. Ioan. de  
Londr. in breviario sanctorum Canon. fol. 171. Martin.  
Mesnart. in epitom. Decret. fol. 79. Dan. Venator. in ana-  
lysi methodi iuris Pont. à pag. 284. Goffred. & Host. in  
summ. huius tit. Alex. Caffan. & Anafal. German.  
in paratilis ad quinque libros Decret. sub hoc tit. &  
tom. 4. repet. super iuris Canon. ad secundum Decretarium  
librum, Petr. Paul. Parisi. Lancel. in Institut. Canon. Canis.  
in summ. iuris Canon. Cafarel. in extrom. eiusdem iuris.  
nouissimè Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decretal. Bar-  
thol. Carthag. in expofit. tit. iuris Canonici omnes sub  
hoc tit.

De materia huius tit. ex professo tractant Innocent.  
I. V. tom. 3. tr. Doct. p. 1. fol. 104. Lanfranc. ab  
Oriano eod. tom. 3. p. 2. fol. 105. Nepos de Monte Albano  
eod. tom. 3. p. 2. fol. 105. De exceptionibus, & actioni-  
bus, qua ad proxim Curiarum maximè in Francia  
vigentem faciunt, agit Petr. Rebuff. qui etiam decla-  
rat arborem exceptionum.

De exceptionibus, que oriri possunt tam ab  
intestate, quam ex testamento, differit Paul. Amelius  
Gallus.

De exceptionibus impeditibus litis ingressus  
agunt M. Anton. Blanchus tom. 3. r. Doct. p. 1. fol. 138.  
Martin. de Fano eod. tom. 3. p. 2. fol. 102.

De exceptionibus indicij, & reprobationibus te-  
stium tractat ex professo Bagarotus.

De exceptionibus dilatoriis agitur apud Lusitanos  
in Ordin. Reg. lib. 3. tit. 49. & apud Castellanos 1. 8. cum  
seqq. tit. 3. p. 3. agunt etiam Maranta. de ordine indic. p. 6.  
memb. 9. Menoch. de arbitr. casu 240. Soar. de Pace in  
pract. tom. 1. temp. 5. n. 14. cum seqq. Rebuff. de except. à  
n. 2. 40. Cur. Philip. p. 1. §. 13. dilatoriis, Bernard. Mus-  
catel. in praxi area Civilis Neapol. p. 3. gloss. dilatoriis,  
Fr. Ludou. Miranda de ordine indic. q. 20. art. 1. Alexand.  
Trentacing. var. lib. 2. tit. 2. de except. pag. 97. Amat.  
Roderic. in pract. de modo, & forma videndi, seu exami-  
nandi processum, c. 5. à n. 5. 8. Camil. Borrel. in summ. om-  
nium decis. tit. 48. de except.

De exceptionibus peremptoriis agunt Lusitanos in  
Ordin. Reg. l. 3. tit. 50. Rebuff. de except. a. n. 42. 5. Soar. de  
Pace d. p. 1. temp. 7. Bernard. Muscatel. p. 4. verbo, perem-  
ptoria, Cur. Philip. p. 1. §. 15. Fr. Ludou. Miranda d.  
q. 20. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. c. 4. Salgado  
de protest. Regia tom. 1. p. 4. c. 7. ex n. 6. 5.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Testis si de criminis contra eum excepto convincitur,  
vel alias consuetus apparuit, repellitur à testimonio,  
sed de criminis non punitur, si non tangit negotium  
principale.*

2 Obiellio